qualiter alias creaturas in vtroq; sexu z terre fruges inficiūt plures sunt super modos agendi aduertēda. Et primo qualiter ho mines. demum qualiter bestias. tertio qualiter terre fruges. Ex p te hominis. primo qualiter vim generatiuam seu etiam actuz ve/nereum ne mulier concipere. aut vir actum exercere valeat malefi cijs impediūt. Secūdo qualiter actus ille impeditur respectu vni us mulieris interdum z nō alte/rius. Tertio qualiter membra vi r lia auferūtur quasi omino sint a corporibꝫ eiusdem. Quarto quō si aliquid premissoz cōtingeret po tentia demonis inferente per se. non p maleficam posset discerni. Quinto quō malefice hoies vtri/usq; sexus in bestias prestigiosa arte transmutāt. Sexto quō ob/stetrices malefice conceptibus in vtero matris diuersis modis in/terimūt. z vbi hoc non faciūt dēo nibus infantes offerunt. Et ne hec quasi incredibilia putarētur. Ideo in prima pte operis p que/stiones z argumentoz solutōnes sunt decisa. Ad quas si opus sit dubius lector pro inuestigāda ve ritate recurrere potest. Ad pre/sens tantū modo acta z gesta per nos reperta. siue etiam ab alijs conscripta in detestatōnem tan/

ti criminis sunt deducenda vt pri
ores questiones si fortassis alicui
difficiles ad intelligendum fore t
Ex his que in hac secūda parte
tradūtur fidem capiat. ⁊ ab erro/
re resiliat. quo nullam maleficaz
esse aut nulluz maleficiū posse fi
eri in mundo estimauit. Uñ pri/
mo notandum. q̄ cum sex mōis
hoies ledere possunt absqz mōis
quibus alias creaturas ledunt
Et vnus sit quo amorē malum i
gerunt viro alicui ad mulierez vl
mulieri ad virum. Alius est quo
odium vel invidiam in aliquo
seminare procurant. Tercius in
his qui maleficiati dicūtur. Ne
vi generatiua vti valeant ad fe/
minam vel viceversa femelle ad
virum. vel etiam alijs modis ab
orsum procurādo vt supra tactū
est. Quart? cum in membro ali
quo hoiem egrotare faciūt. Qui
tus cum vita priuāt. Sextus cuz
vsum ratōnis auferunt. Et fateri
cum hoc oportet q̄ in omni gene/
re rerum: demptis corporib celes
tibus veros defectus ⁊ veras in
firmitates. licet non veras sanita
tes ex virtute naturali inferre pos
sunt. ⁊ hoc ex potenti virtute na/
turali ⁊ spirituali qua corporali q̄
cunqz eminent virtute Nulla e/
tiam infirmitas cum altera con/
cordat: seu etiam defectus natu/
ralis vbi infirmitas desit. ideo di
uersis medijs vtiqz ad diuersas i
firmitates ⁊ defectus procedūt
De quibus aliqua quantū neces
sitas postulat in medium pdu ca
mus. prius tamen ne animus le
ctoris maneat suspēsus cur supra
corpora celestia aliquā immuta/
tionem facere non possunt. Dice/
mus triplicez esse causaz Prima
quia super eas etiam quo ad locū
penalem existunt. qui locus ē aer
caliginosus. ⁊ hoc propter ipōrū
officium eis deputatus. vide sup̄
in prima parte tractatus in que/
stione secūda vbi dicitur de incu/
bis ⁊ succubis demonibus. Se
cūda causa. quia corpora celestia
mouentur a bonis angelis. vide
in plerisqz locis de motoribus or
bium precipue sanctuz Thomā
in prima parte. q. xc. in quo cōcor
dant philosophi cum theologis
Tercia causa propter vniuersale
regimen ⁊ cōmune bonum vniū
si cui detraheretur in generali. si
malis pmitteretur spiritibus in il
la corpora celestia aliquas īmu/
tatōnes causare. Unde ⁊ ille im/
mutatiōes miraculose facte in ve
teri aut nouo testamento a deo p
corū motores seu angelos bonos
facte sunt vt in statōne solis sub
Josue Retrogradatōe sub Eze/
chia obscuratōne in naturali i pas
sione xpi. In oibus autē expost e
lementis ⁊ elementatis sua male
ficia ꝺo pmittēte. ⁊ p se absqz ma
leficis ⁊ cū maleficis exercere pñt.
Et de facto exercere nō cessant vt
patebit. Scdo notādū q̄ in oib
mōis maleficiandi. vt plurimum
semper maleficas informant. vt
instrumenta sue maleficie p sacra
seu sacramentalia ecclesie. vel p q̄

Sex mōis homies ledere pnt

aliq̃z diuina. seu deo consecrata efficiant vt q̃ndo imaginē ceream sub palla altaris ad tēpus ponūt vel p crisma sacrum filū trahūt. vel ex q̃buscūq̃z rebus consecratis Et hoc q̃dem triplici rōne. sicut etiam q̃ sanctōribus anni tēporibus. ⁊ precipue circa aduēctum domini. ⁊ festa natalia sua maleficia exercere solent. Primo vt nō solum hoīes per talia perfidi fiāt sed etiam sacrilegi diuina q̃ztum in eis ē ꝓtamīanda. Et sic plus deum creatorem suū offendāt. intimus aīas proprias condēnent. ⁊ plures in peccata ruere faciant.

Secūdo vt deus sic grauiter p hoīes offensus demoni maiorez potestatē in homines seuiendi relinquat. Sic etiā Gregorius dicit. q̃ malis interdum iustra eorū desideria: ⁊ petitōnes cōcedit. iratusq̃z alijs denegat propicius.

Tertio vt sic sub spē boni apparentis plures simplices facilī de cipiat quādo p tacta diuinis rebꝫ putant aliq̃d numinis a deo obtinuisse vbi solum peccata maiora sunt cōmissa. Pōt ⁊ addi quarta ratio sup sacratioza tēpora ⁊ principium anni. Nam q̃z festa plus frangūtur peccatis mortalibꝫ q̃z mechanicis operibꝫ. Juxta Augusti. in li. de decē cordis Supstitio autē ⁊ maleficia de maximis seruilibus operibus demonis est contra diuinam reuerentiā Ideo vt dictum est hoīes profundius cadere facit ⁊ creator amplius offenditur Et sup principiū anni dicere possumus Juxta Isidorꝫ. li. viij. ethi. cap. ij. q̃ sicut Janus a q̃ i muar. us mensis dictus est qui ⁊ in die circūcisionis incipit idolus fuit diuersis faciebus conficum. vna tanq̃z esset finis anni p̄cedentis. ⁊ alia tanq̃z esset principiū futuri. ⁊ īminentis anni esset protector ⁊ fortunatus auctor in eius reuerentiā sed potius demōis in idolo faciebant pagani varias cōmotōnes luxuriosas. ⁊ strēnuas ⁊ iocula sibi mutuo tradiderunt. chorcas varias duxerūt. mensas prepauerunt. de q̃bus mentio fit per beatum Augustinū in multis locis ⁊ fere p totum recitātur. xxvi. q. varijs. Et sicut iam mali christiani has corruptelas imitātur. licet quo ad lascuiā sint trāslata ab eis ad tēpora carnisprīuij quando cum laruis ⁊ ludis ⁊ alijs supstitionibꝫ discurrūt. Ita ⁊ nūc maleficis pluasionibus a demonibꝫ in ipōrum complacentiam circa principiū anni quo ad diuinum officium ⁊ cultuz. vt festum Andree ⁊ festa natalia christi existūt sua maleficia exercent Et q̃dem iam in speciali qualiter per sacramenta primo. Demū q̃liter p sacramētalia talia exercēt aliqua nouiter facta. ⁊ a nobis p inq̃sitōnem reperta referamus. opidum q̃d noiare non expedit. q̃z ordo charitatis ⁊ rōnis imperat ⁊ suadet. vbi malefica corpus dominicū supsit ⁊ declinās subito vt detestabilis modus est mulierū peplū ozi adhibuit ⁊ in pan-

maleficae corp. dō tollā in bustione pieces

niculum dominicum corpus ex/
trahendo inuoluit. ⁊ in ollam in
qua bufo erat sic a dyabolo infor
mata proiecit ⁊ sub terra in stabu
lum prope horreum domus sue
occultauit cum alijs plurimis re
bus adiunctis ex quibus sua ma/
leficia exercere habuisset. Sed as
sistente diuina pietate tantum fa
cinus detectum ad lucem peru e
nit. Nam sequente die mercenna
rio quodam causa sui laboris p/
pe stabulum iter faciente vocem
qua si cuiusdam infantis eiul ātis
audiuit. ⁊ quanto propius acces/
sit vsqz dum ad pauimētum sub
quo olla abscondita erat puenis/
set tāto clarius audiuit. ⁊ estimās
infantem aliquem a muliere sub
tumulatum sculcetuz seu presidē
tem accessit. ⁊ rem gestam sua esti
matōne a paricida perpetratam
narrauit. qui cito missis seruitori/
bus ita esse vt ille narrauerat rep
tum est. exhumare autem puerū
nolebant. sed potius vt custodes
a remotis positis si qua mulier ac
cederet sano vsi consilio attende/
re haberent. Nec eim dominicuz
corpus ibi absconditum esse no/
uerant. vnde ⁊ contigit vt eadem
malefica locū accederet ⁊ sub pal
lio alijs occulte cementibus ollā
abscondit. Unde capta ⁊ questio
nibus exposita facinus detexit as
serens dñicum corpus cū bufo/
ne fuisse in olla abscōditū ex his
puluerib⁹ sua ad libitum nocu/
menta hominibus seu alijs crea/
turis inferre posset. Insuper ad
uertendum. q̄ hanc obseruāt ma
lefice cōmunicantes consuetudi/
nem vt si absqz nota efficere vale
ant dominicum corpus sub lin/
gua ⁊ non supra recipiant ratōni
bus his vt estimari potest vt ab/
negatōnis fidei remedium nun/
quam pcipere velint nec per con/
fessionem nec p̄ sacramēti eucha/
ristie pceptōnem. Secūdo vt eo
facilius ex ore dominicū corpus
accipiatur pro earum vt dictum
est vsibus applicandum in maio
rem creatoris offensam. Quare
⁊ omniū ecclesie rectoribus ⁊ po/
pulum cōmunicantibus semper
inuīgitur summam adhibere di/
ligentiam vt plurimuz aperto o/
re ⁊ lingua bene extensa cuz amo
tione pepli mulieres cōmunicēt.
Et quanto maior adhibetur di/
ligentia tanto plures malefice p
hūc modum notantur. De alijs
rebus sacramentalibus innume
ras exercent supstitiones. Inter/
dum imagines cereas quandoqz
res aromaticas sub palla altaris
vt supra tactū est ponentes. ⁊ sub
limine domus occultantibus vt
per transitum ille pro quo positū
est maleficiatur. Innumera pos/
sent deduci. sed hec mīma p ma/
iora maleficia approbātur.

De modo quo vim generati/
uam impedire solent.

Capitulum. vi.

E modo autem q̃ vim generatiuã impedire solent tam in hoibus q̃z iumentis etiã in vtroq̃z sexu. Potest lector ex his que supra tacta sunt in questione. An demones per ipsas maleficas mentes hoim ad amorem vel odium imutare valeant. Ubi post solutõnes argumentorũ specialis fit declaratõ de mõ quo vim generatiuam impedire valeant deo pmittente.

Ubi tamen notandũ. q̃ tale impedimentũ ab intrinseco ꝛ ab extrinseco practicatur. Intrisece autem fit ab eis dupliciter. Primo vbi rigorem membri pro fructificatione accõmoda directe reprimũt. Nec hoc videatur impossibile cum ꝛ motũ alias naturalez in aliquo membro impedire pñt. Secõ vbi missionez spirituũ ad membra in q̃bus est virtus motiua prohibent quasi intercludẽdo vias seminis ne ad vasa generationis descẽdet vel ne excidatur vl' emittatur. Extrinsece procurant interdum p imagines vel ex herbarum comestionib̃. Interdum p alias res exteriores puta ex gallorum testiculis vel ex herbarũ comestionibus. Non tamen credendum ẽ q̃ virtute illarum rez vir impotens reddatur. sed occulta virtute demonũ illudentez huiusmodi maleficas per hmõi vim generatiuaz ne vicz vir coire aut mulier concipere valeat maleficiare possunt. Et huius ratio est. q̃ plus permittit deus super hũc actum per quẽ primum peccatum diffunditur q̃z super alios actus humanos. sic ꝛ super serpentes q̃ magis incantatõnibus deseruiũt q̃z alia aialia. Unde ꝛ pluries a nobis ꝛ ab alijs inquisitorib̃ repertum est. q̃ per serpentes aut p cutez serpentis hmõi impedimẽta intulerũt. Nam q̃dam captus maleficus fassus fuerat q̃ multis annis sterilitatem tam in hoibus q̃z iumentis q̃ndam domũ inhabitantib̃ per maleficiũ intulisset. Nyder in sup vbi supra refert q̃ndam maleficum noie stadlin. in dyocesi lausanensi captum. qui ꝛ fassus fuerat q̃ i certa domo vbi vir ꝛ vxor simul pmanebant per sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse. Ita vt semp aborsum fecerat femina annis multis. Simile fecerat in eadem domo oibus pecoribus ꝛ iumentis fetosis quorum nullum viuũ partum edidit in eisdem annis. Et cum maleficus questionaret qualiter talia p curasset. aut quõ reus esse posset. facinus aperuit dicens. Subter limen hostij domus serpentẽ posui qui si amouebitur fecunditas inhabitantibus restituetur. ꝛ sicut predixit ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus quia in pulueres redactus terrã tũ oino asportabãt. Et eodẽ ãno vxori ꝛ oibus iumentis fecũditas

Maleficus sterilitatem ꝛ vxorem ꝛ pecoribus procurauit

restituta fuit Aliud deniq; factū
in Rychbſhofen paucis ⁊ vix q̄t/
tuor annis elapſis contigit. famo
ſiſſima quedam malefica erat vt
pote q̄ ſolo tactu ⁊ oñi hora ma
leficiare ⁊ abortum procurare ſci
ebat. In quo dum vxor cuuſdam
potētis impregnata eſſet ⁊ ob ſui
custodiam quandam obſtetricem
ad ſe recepiſſet. auiſataq; ab eadem
obſtetrice fuiſſet ne caſtrum exi/
ret. ⁊ q̄ precipue a colloquio ⁊ cō
uerſatōne illius malefice ſupradi
cte ſe caueret. Poſt aliquas ſepti
manas imemor illius auiſamen
ti caſtrum exiens quaſdā mulie/
res congregataſ in q̄dam puiuio
vſitandi gratia acceſſit. vbi cum
paululū reſediſſet malefica ſupue
nit. ⁊ ipam dominā quaſi ſaluta/
tionis gratia ſup ventrem amba
bus manibus tetigit. ⁊ ſubito pu
erum ſe doloroſe mouentem per
ſenſit. Unde territa vbi ad ꝓria
rediit ⁊ rem geſtaz obſtetrici nar/
raſſet. Heu inq̄ens iam puerum
perdidiſtis exclamauit. ⁊ vt pre/
ditit in partu contigit. Nam nec
abortum integrum ſed paulatim
fruſta iam capitis iamq; pedum
⁊ manuū peperit. Magna vtiq;
ex diuina permiſſione caſtigatio
in penam eius vtz mariti qui ta
les maleficas punire ⁊ iniurias
creatoris vlciſci deberet. Fuit ⁊ in
oppido merſpurg conſtantienſis
dyoceſis q̄dam iuuenis intantus
maleficatus q̄ nullum actū car/
nalem cum aliqua dempta vna
exercere poterat. Multis etiam
audientibus retulit. q̄ ſepiſſime
dum eam declinare ⁊ alias terraſ
inhabitare ⁊ fugam capere vole/
bat. Adhuc interdum nocturno
tēpore aſſurgere ⁊ feſtine curſu ve
lociſſimo iam p terram iam p ae
rem quaſi volādo redire volebat

Male ex tactu abortū procurat

De modo quo membra viri/
lia auferre ſolent.
Capitulum. vij.

Ed et hoc
q̄ membra virilia auferre/
ſolent. nō q̄dem in rerum veri/
tate corpa humana illis ſpoliā/
do. ſed preſtigioſa arte occultan/
do. vt ſupra in queſtione deſuper
tacta declaratuz eſt aliqua geſta
in medium pducamus. In oppi/
do nanq; rauenſpurg iuuenis q̄/
dam iuuencule adheſit quā relin
quere volens membz virile per/
didit pſtigioſa vtiq; arte vt nihil
videre aut tangere preter planū
corpus poſſet. Anxius inde cella
re quoddā adijt vt vinuz emeret
⁊ paululum reſidens mulieri cui
alteri ſupueniente cauſaz triſticie
ſue aperiendo ſingula enarrauit.
⁊ ita eſſe corpe demonſtrabat.
Aſtuta illa ne aliquam ſuſpe
ctam haberet inq̄ſiuit. Et ille vti/
q; talem ipam denoiando ⁊ rem
geſtam narrando manifeſtauit.
Et illa. Expedit vt p violentiam
aliquam vbi beneuolentia tibi ñ
ſuffragatur pro acquirenda ſani/
tate ipam inducaſ. At iuuenis in

Male iuueni mēbz pdidit

crepusculo noctis viam quã per/
transire malefica solebat obserua
uit ⁊ ipam reperiens dum pro sa
nitate corporis sibi reddēda sup/
plicaret. ⁊ illa se innoxiam nec q̄c
q̄z scire assereret ipam inuadendo
manutergiũ quoddã ad collum
fortiter comprimendo strinxit di
cens. Nisi mihi sanitatē restitues
e manibus meis perbis. Uñ illa
quia clamare nõ poterat ⁊ iaz fa/
cies tumefacta nigrescebat Sine
inquit me liberam ⁊ te sanabo.
Et iuuenis dum nodum ⁊ stricta
ram laxasset malefica manu ipm
inter femora seu coxas tetigit di/
cens. iam habes quod desideras
Et iuuenis vt postmodũ refere/
bat notabiliter persenserat anteq̄z
visu aut tactu seipm certificasset
membruz sibi ex tactu dumtaxat
malefice fuisse restitutum. Simi
le. Uenerandus q̄dam pater ho
nestate vite ⁊ scientia pclarus in
ordine e cõuentu Spirensi refer/
re solebat. Quadam inq̄t die duz
cõfessionum audientie instarem.
Juuenis q̄daz accessit ⁊ inter ver
ba confessionis membz virile la
mentabiliter se pdidisse asseruit.
Ammirans ego pater ⁊ verbis
suis faciliter credere nolens. eo q̄
leuis corde qui facile credit: a sa/
piente iudicatur. Experientia di/
dici p visum nihil cernendo dum
iuuenis locum vestes detegendo
demonstrasset. vnde in me sano
ex consilio visus. An ne aliquam
haberet suspectam que ei tale ma
leficium intulisset inquisui ⁊ iuue
nis vnam se habere suspectam sz
absentem ⁊ in roxmacia residen
tem asseruit. Tũc ego hec tibi in/
iungo q̄ntocitius ipam accedas
⁊ pronussionibus ac blandis ver
bis pro posse ipaz emollire stude
as. quod ⁊ fecit. Nam post pau/
cos dies reuersus est. gracias mi/
hi referens se sanum ⁊ cuncta re/
cuperasse asseruit. ⁊ sic verbis cre/
didi. experientia tamen visus cer
tificatus denuo. Sunt tamē ⁊ h̄
aliqua notanda ad intelligendũ
clarius que supra de eadem ma/
teria tacta sunt. Primo q̄ nullo
modo credendũ est talia mēbra
euelli aut segregari a corporibus
sed arte prestigiosa p demonem
vt nec videri aut tangi valeāt oc
cultari. Et hoc auctoritate ⁊ ratõ
ne. licet supra tactum sit vbi Ale
xander de ales parte secũda dicit.
Prestigium proprie sumptũ est
illa illusio demonis que nõ habz
causam ex pte mutatõnis rei. sed
solũmodo ex parte cognoscentis
qui deluditur. siue q̄ntum ad in
teriores sensus siue q̄ntum ad ex
teriores. Super hec tñ ꝓba notã
dum. q̄ hic illudũtur sensus duo
exteriores. scz visus ⁊ tactus ⁊ nõ
interiores vt sunt sensus cõmu/
nis fantasia imaginatiua extima
tiua ⁊ memoria. Licet sanctꝰ tho
mas tãtũmodo ponat quattuor
vt supra tactum est. Eo q̄ fanta/
siam ⁊ imaginatiuã ponit vnã ⁊
bene pauca e ñ differtia est inter
imaginari ⁊ fantasiari. Thomas
in prima parte q. lxxix. Et hi sen

sus immutãtur ⁊ nõ exteriores solum quando nihil occultatur vl' manifestatur vel vigilãdo vl' dormiendo. Vigilando vt dũ res aliter videtur q̃z in se sit. vt cum quis videt aliquem equũ cum assesore deuorantẽ. aut in bestiam esse hoiem transformatuz aut seip̃m bestiam esse ⁊ cum bestijs debere incedere estimantem. tũc eiñ sensus exteriores deludũtur ⁊ occupantur p̃ interiores. quia virtute demonũ species sensibiles dudũ reseruare in thesauro speciez̃ sensibilium vt est memoria non illa intellectiua in qua spẽs intelligibiles conseruãtur. sed memoria q̃ est conseruatrix spẽrum sensibiliũ que etiam est in posteriori ꝑte capitis educũtur virtute demonum deo interdum p̃mittente ad sensum cõmunem imaginatiuaz Et tam fortiter imprimũtur q̃ sicut necesse habet imaginare equũ vl' bestiam per impetuosum actum quo demon educit de memoria speciem equi vel bestie. ita necesse habet estimare se videre p̃ oculos exteriores tantu talez bestiam. q̃ in re ab extra non est bestia. sed p̃ impetuosam demonis opatõem mediãtibus illis spẽbus sic videtur. Nec mirum videatur q̃ dẽones possunt. cum ⁊ natura hoc facere potest etiaz defectuosa. vt patet in freneticis. melancolicis. maniacis ⁊ ebrijs. aliquibus qui nõ possunt discernere. Et freneticí putant se mira vidisse ⁊ videre bestias ⁊ alia horrenda. cum tamen nihil sit in rerum veritate. Vide supra in questione. An maleficementes hoim ad amorem vel odium possunt immutare. vbi plura notantur. Est demuz ⁊ ratio ĩ se clara. Nam cum demon habeat quandã potestatem sup̃ quasdaz res inferiores excipiendo tantũ modo animam. Jdeo põt ⁊ circa istas res aliquas ĩmutatõnes facere quando deus sinit vt res appareant aliter q̃z sint Et hoc vtdi ꝛi. aut turbando aut illudẽdo organum visus. vt res clara videatur nubilosa. sicut etiam post fletum propter humores collectos lumẽ aliter apparet q̃z ante Vel operando in imaginatiuam potentiam p̃ transmutatõem specierum sensibilium vt dictum est. vl' humores varios mouẽdo vt appareant ignea vel aquea que sũt terrestria vel sicca vt q̃dam facũt q̃ oñes in habitatõne aliqua habent se vestimentis exuere ⁊ denudare putantes se in aquis natare Ulterius autem sup̃ modum p̃fatum si quer̃itur. An huiusmõi illusiones indifferenter bonis ⁊ malis accidere possunt. sicut vt inferius patebit corporales alie infirmitates etiam in gr̃a existentibus inferri a maleficis possunt

Sup̃ quo inherendo verbis casiani. colla. ij. abbatis sireni. Dicẽdum est q̃ nõ. Uñ oẽs isti qui sic illudũtur presumũtur in peccatis mortalib̃ esse. dicit eiñ. Et ꝯbis anthonij ptz demonẽ nullatenus posse mentem cuiusq̃z vel corpus

inuadere nec habere facultatem
aliquam in cuiuslibet animā pe/
nitus irruendi nisi eam primo de
stituerit oibus cogitatiōibus san
ctis ac spirituali contemplatōne va
cuam nudamq; reddiderit. Con/
cordat cū eo q̄ phylosophia pri/
mo de consolatōne ad Boctium
tangit. Talia tibi contuleramus
arma que nisi prior abiecisses in/
uicta te firmitate tuerentur. Un
Cassianus ibidem refert de duo/
bus maleficis paganis qui diffe/
rentes in malicia successiue p̄ sua
maleficia demones miserunt ad
cellam beati Anthonij vt eū ten
tationibus exinde fugarent odio
viri sancti infecti. eo q̄ multitudo
populi ad eum quotidie conflue/
bat. Qui demones licet amarissi
mis cogitatōnum stimulis An/
thoniū pulsarūt. Illos tamē sem
per repulit signo crucis fronti et
pectori impresso ⁊ orōnum incu/
bationib̄ insistendo Ita dicere
possimusq̄ omnes qui sic a demo
nibus ludificātur absq; alijs infir
mitatibus corpalibus. vtiq; diui
na gratia inhabitante carēt. Un
de ⁊ illud Thobie. vi. Qui libidi
ni deseruiūt in eo dyabolus acci/
pit potestatem. Concordat ⁊ illō
quod supra circa primam partē
tractatus in questione. An male
fice operātur circa hoīes in bestia
les formas illos transmutando
tactum est. vbi iuuencula cōuer/
sa fuit in equam sua estimatōne ⁊
oīm eam aspicientiū dempto san
Machario cuius sensus dyabo/
lus illudere non poterat. ad quē
ducta pro sanitate cum iam verā
mulierem ⁊ nō equam aspiceret.
⁊ ecōuerso omnes alij acclamarēt.
q̄ equa eis videretur. Ipe sanct⁹
suis orōnibus eam ⁊ alios a tali
illusione liberauit. asserens hoc ei
accidisse. quia diuinis nō vacasset
nec sacramenta vt decebat sicz cō
fessionis ⁊ eucharistie vt decebat
frequentasset. Unde iuuenis qui
eaz de turpitudine sollicitauerat.
licet renuissz ex honestate tñ iude
us maleficus quem iuuenis ea ō
causa vt iuuenculaz maleficiaret
accesserat virtute demonis eaz in
equā cōuerterat. Sūmarie con/
cludamus q̄ in bonis fortune si/
cut sunt res exteriores vt bona tē
poralia. fama ⁊ sanitas corporis
licet boni p̄ demones ⁊ sua mem
bra ledi possint in eoz meritum
⁊ probatōem. sicut de beato Job
patuit. qui in talib̄ per demones
lesus fuit. Tamē eis inuitis sicut
in nullum peccatū per maleficia
trahi possunt aut violentari. licz
ab intra ⁊ in carne ab extra vale
ant tentari. Ita etiam nec hmōi
illusiones fantasticas actiue ⁊ pas
siue inferre possunt. Actiue vt eo
rum sensus haberent demones il
ludere. sicut alioz in charitate ñ
existiū. Passiue vt eis eoz mem
bra pstigiosa illusione haberent
auferre. Hec essent duo beato Job
nunq̄z dyabolus inferre potuissz
p̄ertim passiuū nocumentū sup
actum venereū qui tante contine

tie erat vt dicere posset Pepigi
fedus cum oculis meis ne q̃dem
cogitarem de ꝓgine. A fortiori ō
mulere aliena. cum tamē sup pec
catores demon magnam nosci/
tur ex verbis euangelij. Luce. xi.
Cum fortis armatus custodit a/
trium suū in pace sunt oīnia que
possidet habere potētiam. Verū
ex his si quis quereret circa illusi/
ones membri virilis q̃ licet illaz
illusionem nō posset demon exrī/
ti in gratia in ferre passiue An ne
posset actiue vt sez existens ī gra/
tia illuderetur in suo visu. quia vi
deret membrū annexum. cum tñ
ille qui sibi existimaret ablatū nō
videret ānexum. nec etiā alij circū
stātes. quod si cōcedit videtur eē
contra predicta Pōt dici q̃ quia
nō tanta vis existit in damno a/
ctiuo sicut passiuo. capiendo acti/
uum nō qui actiue intulit. sed qui
damnum ab extra videt vt de se
patet. Ideo existens in gratia licz
posset videre damnū alterius. et
in illo demon sensus eius illude
ret. Non tamē posset sibijpi tale
dānum inferre passiue vt sez suo
membro priuaretur cum libidini
nō deseruit. sicut p oppositum vt
angelus dixit Thobie. Qui libi/
dini vacant demoniū accipit ptā
tem. Quid deniqz sentiēdum sup
eas maleficas qui hmōi membra
in copioso interdum numero. vt
viginti vel triginta membra insi/
mul ad nidum auiū vel ad aliqō
scrineū includunt. vbi z quasi ad
viuentia membra semouent vel
auenam vel pabulum cōsumen/
da. prout a multis visa sunt z cō/
munis fama refert. Dicēdum q̃
dyabolica opatōne z illusione cū
cta exercentur. sic eīm sensus videē
tium illudūtur modis supra tacti
Retulit eīm q̃dam. q̃ dum mem
brum pdidisset z quendā malefi
cam causa recupande sanitatis ac
cessisset. Illa vt quendā arborem
ascenderet infirmo iniunxit z vt
de nido in quo plurima erāt mē/
bra si quod vellet accipere posset
indulsit. Et cum ille magnū qd̃/
dam accipere attentasset. non ait
malefica illud accipias z qz vni
ex plebanis attineret subiūxit hec
oīnia vtiqz prestigiosa illusione fi
eri a demonib mōis supra tactis
organum visus p transmutatōes
speciez sensibilium in imaginati/
uam potentiam turbando. Nec
eīm oportet asserere q̃ demones
sint in assumptis sic membris oī
dentes quēadmodum solent in as
sumptis corporibus ex aere male
ficis z interdum hoibus apparere
z cum eis cōuersari. Ratio est. qz
faciliori modo vicz per motum ī
teriorem localem specierū sensibi
lium ex conseruatoria seu memo/
ratiua potētia ad imaginatiuam
ista facere pñt Et si q̃s dicere vel
let q̃ etiā simili mō facere possent
vbi in assumptis corpib asserū/
tur maleficis aut alijs hoibus cō
uersari vt vicz tales apparitōnes
facerent p transmutatōem spēcū
sensibiliū in imaginatiuā potenti
am. vt homies dum putarēt de/

mones in assumptis corporibus eē
presentes tunc nō essent nisi tales
specierum sensibilium in interiori
bus potentijs ĩmutatōnes. Dicē
dum. q̃ si nil altius demon osten
dere vellet n ſ tantūmodo huma
ne effigie p̃sentatōnem tūc vtiq̃
opus nō esset ei in assumpto cor/
pore apparere cum sufficienter p
prefatam trāsmutōnem hoc effi/
cere posset. Nūc autem quia alti
ora habet exercere puta loqui cō
uesci ⁊ alijs spurcitijs intendere
Jdeo ⁊ ipm p̃sentem esse oportet
ab extra visui realiter ĩ assumpto
corpore se obijciendo quia virtus
angeli ibi est vbi operatur fm do
ctores. Jn questione vero qua q̃/
ritur. Quid si demon per se absq̃
malefica membr virile alicui au
ferret. An aliqua sit differentia in
ter vnam ablatōem ⁊ alteram.
Dici potest vltra illa que tangū/
tur in prima parte tractatus in q̃
stione. An malefice membra vi/
rilia possint auferre q̃ vbi demō
per se membrum auferret tunc ve
re ⁊ realiter auferret ⁊ vere ⁊ rea/
liter restitueret quandocunq̃ re/
stituere haberet. Jn secūdo sicut
non absq̃ lesione ita nō absq̃ do
lore auferret. Tertio q̃ nunq̃ ni
si coactus per bonum angelum
hoc faceret eo q̃ materiam sui lu
cri imputare haberet. nouit eēm
plura maleficia super illum actū
exercere q̃ super alios humanos
actus. sicut eēm deus plus permit
tit illum actum maleficiare q̃ ali
os humanos act⁹ vt supra tactū
est que singula locum nō habent
vb. per maleficas deo permitten
te operatur Et si dubitatur. an de
mon plus affectat homines ⁊ cre
aturas per seipm ledere q̃ p ma/
leficas. Dici potest q̃ nulla est cō
paratio. Jn infinitum eēm plus af
fectat per maleficas ledere. Tuz
quia maiorem infert deo cōtume
liam creaturam sibi dicataz vsur
pando. Secūdo quia cum deus
amplius offenditur. amplius sibi
nocendi hominib̃ potestas per/
mittitur Tertio propter sui lucz
qō in perditōnem statuit aiaz

De modo quo hoīes in bestia
les formas transformant
Capitulum. viij.

Ed et hoc

q̃ malefice hoīes in besti
ales formas virtute demonū. qz
talia princ paliter opatur trāsfor
mant. Licet in prima pte operis
questione An talia malefice va/
leant efficere satis sit declaratum
qz tamen aliq̃bus illa questio sub
suis argumentis ⁊ solutōnibus ni
mis posset esse obscura presertim
cum acta ⁊ gesta super hec nō sūt
deducta. Modus etiam quo sei/
psas sic transformant nō est expl
sus Jdeo presens addenda est de
claratio per solutōnes plurimo/
rum dubiorum Et primo q̃ ca/
non ille xxvi. q v Episcopi. nō est
sic nude intelligendus circa hanc
materiam prout plures etiam do

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cti sed vtinam bene docti decipiũ
tur. ⁊ qui publice in eoꝝ sermoni
bus asserere non verentur hmõi
transmutatõnes pstigiosas nul/
lo modo etiam virtute demonũ
posse fieri. Et hoc vtiq; i magnũ
fidei detrimentum vt sepe tactuꝫ
est. ⁊ maleficarum confortatõem
que ⁊ multum de talibus cõgau
dent sermonibus. Contingit au/
tem hoc hmõi predicatoribus eo
q̃ in cortice ⁊ nõ in medulla ver/
borum canonis laborant. vt su/
pra tactum ē. Cuꝫ eim dicit. Quis
quis credit posse fieri aliquam cre
aturam aut in melius aut in dete
rius transmutari aut transforma
ri in aliam speciem vel in aliam si
militudinem nisi ab ipo creatore
qui omia fecit: proculdubio infi/
delis est. Hic pius lector atten/
dat ad duo principalia. Primo.
super verbum fieri. Secũdo sup
verba in aliam similitudinẽ con/
uerti. Super primũ sit resolutus
q̃ fieri capitur dupliciter. videlicꝫ
pro creari ⁊ pro naturali produ/
ctione alicuius rei. Primo mo/
do soli deo cõuenit vt notum est.
qui sua infinita potentia aliquid
ex nihilo creare potest. Secũdo
modo distinguendum est de cre/
aturis. Quia aut sunt creature p/
fecte vt homo asinus ⁊c. Aut sũt
imperfecte vt serpentes rane mu/
res ⁊c. que ideo dicũtur imperfe/
cte: quia ex putrefactõne generari
etiã possunt licet eim semp de pri/
mis loquitur canon: non de secũ/
dis. quod potest patere. eo q̃ Al/
bertus in libro de animalibꝫ vbi
querit. An demones possint face
re vera aialia. Et respondit q̃ sic.
sed hoc quo ad imperfecta anima/
lia Etiam cum ea differentia q̃ ñ
in instanti sicut deus operatur. sꝫ
motu quodã licet subito: sicut pa
tet de maleficis. Exodi. vij. si pla/
cet vide aliqua que in notata que
stione tangũtur circa primaꝫ par
tem operis. ⁊ in solutõne primi ar
gumenti Super secũdum vbi tã
gitur q̃ non possunt aliquam cre
aturam transmutare. Dicas q̃ ē
duplex trãsmutatio. Substãtia/
lis ⁊ accidentalis. Et hec accidẽ/
talis iterum duplex. qꝫ per formã
naturalem ⁊ inherentem rei que
videtur. vel per formam nõ inhe
rentem rei que videtur. sed inhe/
rentem organis ⁊ potentijs ipius
videntis. De primis loquitur ca/
non ⁊ pcipue de formali seu quid
ditatiua transmutõne prout vna
substantia in aliam trãsmutatur
cuiusmõi solus deus qui talium
quidditatuꝫ creator existit facere
põt. loquitur etiam ⁊ de secũda lꝫ
illã demõ efficere possit inq̃tũ p
ifirmitates diuina pmissione im
missas aliqua forma accidẽtalis
corpori inducitur. vt vbi leprosa
facies appareret vel huius simile
sed quia ꝓprie de his nõ loq̃mur:
sed de prestigiosa apparitõne. fm
quam videntur res trãsmutari in
alias similitudines. Dicimus q̃
bas transmutatõnes allegat ca.

excludere non potest. quod auctoritate. ratōne. ⁊ experiēcia insimul ex his que supra certa experimenta que Augustinus libro. xviij. c. xvij. de ciuitate dei refert deducū/tur. ⁊ per varias questiones illa etiam declarando. nam inter alias prestigiosas transformatōnes refert q̄ famosissima maga circes mutauerit socios vlixis in bestias. Et q̄ quedaz stabularie mulieres cōuertissent hospites suos in iumenta onera portantia. Refert etiam socios diomedis in aues cōuersos ⁊ q̄ postea longo tempore circa templum diomedis volassent.

Et quod prestantius narrassz de patre suo veraciter. q̄ ipe pater dixisz se caballum fuisse ⁊ ānonā cū alijs animalib̄ baiulasse. De primo nāqz q̄ socij vlixis fuissent i bestias mutati. ibi vticz sola apparentia fuit ⁊ oculoz deceptio. ita q̄ forma illa bestialis educta fuit de conseruatorio seu memoria specieꝝ ad ipam vim imagiatiuam. vnde ⁊ visio imaginaria causabatur. ⁊ consequēter ex forti impressione in potentias alias et organa videns estimabat se bestiam videre. modo quo supra in p̄cedenti capitulo tactum est. sed q̄ modo ista fieri possunt virtute demonis sine lesione infra patebit. De secūdo vero vbi hospites in iumenta onera portantia a stabularijs cōuertebantur. ⁊ similiter h̄ q̄ prestantij pater se equū fuisse ⁊ pladum portasse narratur. Notandum. q̄ ibi tres fuerūt decepti ones. Prima q̄ illi hoies prestigiosa arte videbantur cōuersi in iumenta. que cōuersio facta fuit modo supra tacto. Secūda. q̄ illa onera vbi excedebāt vires portantium demones inuisibiliter illa attulerunt. Tercia. q̄ illi qui a lijs videbantur transmutati i species. sibijpis etiam videbantur se in bestias conuersos. sicut nabuchodonosor contigit. vbi septem tempora sup eum fuerūt immutata. vt fenum quasi bos comederet. De illo autem q̄ socij diomedis fuissent in aues cōuersi. ⁊ circa tēpluz volasse. Dicendum q̄ ille diomedis quia in exitu grecoꝝ circa obsidionem ciuitatis Troye fuerat. vbi ad propria redire volebat in mari cum socijs submersus fuit. Ideo cum ex suggestione cuiusdā idoli templum sibi quasi inter deos ānumeratus esset constructuz fuerat. demones in confirmatōez erroris longo tempore tanquā a aues loco eorū volabant. quare et aliud genus supstitōnis a p̄dictis prestigijs ibi fuit. quia vicz non p reductōnem specierum sensibiliū ad vim imaginatiuā. sed in assūptis corporibus tancz aues volantes se oculis aspicientiū ingerebant. Q̄ si q̄ritur. An etiā predicto modo p reductōnem spēcierum sensibiliū aspicientes illudere potuissent. vt demones nō in assumptis corporibus ex aere tanquaz volātes aues se ingessissent. Dicz q̄ sic. Nam ⁊ opinio quorūdam

fu't vt recitat sanctus Thomas in secundo sententiarꝝ. distin. viij. arti. ij. q̃ angeli quicũq̃ siue boni siue mali nunq̃ assumerent corpora sed q̃ oia que de eorum apparitõnibus legũtur in scripturis facta fuerint in prestigijs. vel fm visionem imaginariam. In quibus verbis notatur a doctore sancto differentia inter prestigium ⁊ imaginariam visionez Quia prestigium potest habere rem ab extra corporali visui se obijcientem Licet aliter videatur q̃z sit. Imaginaria autem visio non hoc necessario requirit vt vicz res ab extra obijciatur. sed potest fieri absq̃z illa exteriori obiectõne tantũmodo per illas interiores species sensibiles vbi ad vim imaginariam reducũtur. Unde illorũ opinionem sequendo socij dyomedis non fuerũt repzesentati p demones in assumptis corpozibus ⁊ similitudinib̃ auium sed tantũ modo fantastica ⁊ imaginaria visione per illarum vicz speciez sensibilium reductõem ꝛc. vt supza. Sed qz doctor sanctus opinionẽ illam vt errorẽ ⁊ nõ vt opinionẽ simplicem repzobat. licet non vt heresim forte vt pie creditur. cũ etiam tales apparitõnes imaginarie interdũ ⁊ a bonis ⁊ a malis angelis fuerint absq̃z corpibus assũptis vsitate. Jõ vt ibidem dicit. cum sancti cõmuniter dicũt angelos etiam corpozali visione apparuisse ⁊ talis apparitio fit in assũptis corpozibus. Textus etiam scripture sacre super tales corpales apparitõnes plus concordat: q̃z super imaginarias aut prestigiosas. Jdeo ex his ad presens dicere possumus etiam sup̃ quascũq̃z visiones consimiles illis de socijs diomedis. q̃ licet illi socij imaginaria visione videntium potuissent operere demonum videri modo quo dictum est. tamen potius presumitur q̃ per demones in assumptis corpozib̃ et elemento aeris tanq̃z aues volantes fuerint visi. aut q̃ alie aues naturales a demonibus agitate illos repsentauerint.

Qualiter demones intra corpora ⁊ capita existunt sine lesione quando prestigiosas operantur transinutatõnes.

Capitulum. ix.

Nod si vlterius super modum prestigiose transinutatõnis queritur An intra corpora ⁊ capita tũc existant. ⁊ an tales sint tanq̃z obsessi a demonibus estimandi. ⁊ qualiter fieri possit vt absq̃z lesõe potentiarum ⁊ virium interiorum possint species ab vna potentia interiori ad aliaz deducere. Et vtz tale opus debeat censeri miraculosum factum aut non. Ad primum oportet distinguere de prestigiosa illusione. eo q̃ vt dictuz est. Illa illusio fit enim inter-

dum sup sensus exteriores. inter/
dum sup interiores vsqz ad sensū
exteriorem. Prima ergo lz possit
fieri absqz hoc q̃ demones intrēt
potentias exteriores illas occupā
do. sed tantum exterius deluden/
do. vt vbi corpus aliquod occul/
tare vellet p interpositōem alicu
ius alterius corporis vl alio q̃cū
qz modo. Aut vbi p se corpus as
sumeret ⁊ se visui obijceret. Secū
da tamē non pōt fieri nisi ipm ca
put ⁊ potentias principaliter oc/
cupet. Et hoc ostenditur auctori/
tate ⁊ rōne Nec obstare potest q̃
duo spūs creati non possint esse
in vno ⁊ eodem loco. ⁊ anima sit
in qualibet parte corpis. Est aūt
auctoritas sup hoc Damasceni.
Angelus ibi ē vbi operatur. Ra
tio sancti thome. ij. sententiarū. di
stin. vij ar. v. Omnes angeli boni
⁊ mali ex virtute naturali que pre/
stantior vtiqz est quacūqz corpali
habent potestatem trāsmutandi
corpora nostra Patet hoc ne dū
propter prestantiā ⁊ nobilitatem
nature. Sed ⁊ ideo. q̃ tota ma/
china mundi ⁊ creatura corpalis
āministratur per angelos. Gre/
gorius. iiij. dyalo. In hūc mūdū
visibilem nihil nisi p creaturam ī
uisibilem disponi potest. vñ om/
nia corpalia regūtur per angelos
sicut ⁊ motores orbiū asserūtur
non solum a doctoribū sanctis sz
etiam a phylosophis omnibus
Patet ⁊ ex eo q̃ omnia corpora
humana mouentur ab animabū
sicut omnia alia per corpora cele/
stia ⁊ per ipōrum motores. Si
cui placet videat sanctum Tho/
mam in prima parte. q. xc. arti. i.
Ex quo cōcluditur. q̃ quia demo
nes vbi operantur ibi sunt. Ideo
quādo fantasias ⁊ interiores po/
tentias pturbant tūc etiam ibi exi/
stunt. Item licet illabi anime illi
sit tantum possibile qui eā creauit
tamē demones etiam illabi pos/
sunt deo permittente corpibus no
stris. Et quia pro tūc possunt im
pressiones facere in potentias in/
teriores affixas organis corpora
libus. Ideo ⁊ p illas impressiōes
sicut imutantur organa. ita imu/
tantur operatōnes potentiarum
modo quo dictum est q̃ educere
possunt species reseruatas ī vna
potētia affixa organo sicut ex me
moria que est in vltima parte ca/
pitis educit speciem equi localiter
mouēdo illud fantasma vsqz ad
mediam partem capitis vbi ē cel
lula virtutis imaginatiue ⁊ de/
mum consequēter vsqz ad sensum
cōmunem cuius residentia est in
anteriori parte capitis. Et omnia
subito sic immutare ⁊ perturbare
possunt vt forme tales necessario
estimēt. Ac si exteriori visui obij/
cerentur. Exemplum patuit ex na
turali defectu in freneticis ⁊ alijs
maniacis. Quod si queritur. quo
modo hoc absqz dolore capitis
efficere possit facilis est responsio
Primo quia eiū organa non di
uidit nec immutat quo ad ipsorū
subiectum. sed tantūmodo species
mouet Item secūdo. quia non

alterat imittendo aliquam quali
tatem actuam. vñ necessario pas
sio sequat. cuz & ipe i se demõ om
ni qualitate corporali careat. idõ
sine alio talia operari potest. Itẽ
tertio quia vt dictum est tantum
modo facit transmutatões p mo
tum localem ab vno organo ad
aliud & non p alios motus ex q̃/
bus alteratões lesiue interdum
causantur. Illud ergo q̃ diffícul
tatem facit q̃ quia duo spirit̃ nõ
possunt esse in eodem loco puta
diffinitiue. & anima etiam existit i
capite quõ tunc demones ibidem
existere possunt. Dicendum q̃ re
sidentia anime assignatur centrũ
cordis in quo vitã influendo om
nibus membris cõmunicat. Et
exemplum datur de aranea i me
dio tele que sentit tactum ex om/
ni parte. Tamẽ quia dictũ augu
stini in libro de spiritu & anima.
q̃ est tota in toto. & tota in quali/
bet parte corporis. Ideo dato q̃
sit in capite: adhuc demon ibi ope
rari potest. quia alia est eius opa
tio ab opatiõe anime cũ opatio a
nime i corpore est vt informat et
vitaz influat. vnde est ibi sicut for
ma in materia non sicut in loco.
Demon autem sicut in tali parte
corporis & tali loco imutando et
operando circa species sensibiles
Unde quia nulla confusio opera
tionum est inter eos. Ideo vtrũ/
qz simul in eadem parte corporis
esse possunt. Ad illud. An tales
sint tanq̃z obsessi & arrepticij. id ẽ
a demonibus arrepti estimandi.
quia specialem hoc vult habere
declaratõnem. An videlicet hoc
possibile sit vt opere maleficorum
aliquis vt obsessus a demone. id ẽ
q̃ demon eum possideat vere et
corporaliter. Ideo de tali mate/
ria specialis tractabitur modus i
capitulo sequenti. habz eñ & hoc
specialem difficultatem. An ope
ribus maleficorum id fieri vale/
at. Ad illud tantũmodo. An ta/
lia opera maleficorũ & demonuz
sint ad modum miraculorum o/
perum censenda. ita q̃ debeant o
pera miraculosa estimari. Dicen
dum q̃ sic inquantum fiũt preter
ordinem nature create nobis no/
te per virtutem creature nobis i/
gnote licet non sint proprie mira
cula sicut illa que fiunt preter or/
dinem totius nature create. qua/
lia sunt miracula dei & sanctorum
Uide que in prima parte operis
sub quinta questione & reprobati
one tercij erroris tacta sunt vltra
que addẽda sunt hec propter eos
qui hmõi opera impugnare poss/
sent quasi non debeant censeri o/
pera miraculosa. sed simpliciter o
pera dyabolica. eo q̃ cum mira/
cula sint data in confirmatõem fi
dei non debent concedi fidei ad/
uersario. Tum etiam quia signa
antichristi dicũtur ab apostolo si
gna mendacia. Sed dicendum
ad primum. q̃ miracula facere ẽ
donum gratie gratis date. Un/
de sicut p malos possunt fieri ho

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

minesʃ.ita ⁊ per malos spiritus in
bis vicz ad que eorum virtus ex/
tendere se potest. Unde etiam dis
cernũtur miracula p̃ bonos fctã
ab illis que per malos fiũt ad mi
nus tripliciter. Primo ex effica/
cia virtutis operantis.qz signa fa
cta per bonos diuina virtute fiũt
in illis etiam ad que virtus acti/
ue nature se nullo modo extẽdit
sicut suscitare mortuos ⁊ hmõi q̃
demones ꝓm veritatez facere nõ
possunt.sed in prestigijs tantũ vt
ʃymon magus de mortuo cuius
caput agitabat que diu durare ñ
possunt. Secũdo ex vtilitate sig̃
rum.quia signa per bonos facta
sunt de rebus vtilibus.vt in cura
tionibus infirmitatum.et huius/
modi. Signa autem per ma/
leficas facta sunt de rebus noci/
uis vel vanis sicut q̃ volant ina
ere vel reddant membra homi/
num stupida ⁊ huius. Et hanc
differentiaz assignat beatus Pe
trus in itinerario Clementis.
Tercia differentia est q̃ntum ad
finem.quia signa bonorum ordi
nãtur ad edificatõnem fidei ⁊ bo
norum morum. Sed signa ma/
lorum sunt in manifestum nocu
mentum fidei ⁊ honestatis. Etiã
quantum ad modum operandi
differunt.quia boni operãtur mi
rabilia per inuocatõem diuini no
minis pie ⁊ reuerenter. Sed ma
lefici ⁊ mali quibusdaz deliramẽ
tis ⁊ demonum inuocatõnibus.
Aliud etiam non obstat q̃ vide/
licet apostolus opera dyaboli et
antichristi nominat signa mẽda/
cia.quia tũc illa mirabilia q̃ fient
ab eo diuina p̃missione sunt vera
⁊ etiam falsa diuersis respectibus
Vera in illis que fiunt virtute de
monis ad que eius virtus se extẽ
dere potest. Falsa quando faciet
ea ad que sua virtus se nõ potest
extendere.vt suscitare mortuos.
illuminare cecos.quia in prio vbi
facere attentabit aut intrabit cor
pus defuncti aut illud amouebit
⁊ loco illius ipe in assumpto cor
pore ex aere se p̃sentabit.⁊ sic in se
cũdo prestigiosa arte visuz aufert
aut infirmitates alias ⁊ subito sa
nabit a lesione cessando nõ qua/
litates interiores rectificando.si/
cut in legenda Bartholomei po
nitur. Possunt etiam oia mira/
bilia opera antichristi ⁊ malefica
rum dici signa mendacia inquan
tum solũmodo ad decipiendum
fiunt iam ⁊ tunc operabitur anti
christus Hec thomas.distin.vij.
de virtute demonum in operan/
do. Posset etiam hic adduci dif/
ferentia miraculorum que poni
tur in compẽdio theologice veri
tatis.⁊ inter mirum ⁊ miraculũ
quia cum miraculum proprie q̃t
uor requirat.scilicet q̃ sit a deo.⁊
q̃ sit preter existentiaz nature cõ
tra cuius ordinem fit.⁊ tertio q̃
sit euidẽs.⁊ quarto q̃ ad fidei cor
roboratõnem.quia ergo in operi
bus maleficarum primum ⁊ vlti
mum ad minus deficiũt.ideo mi
ra opera non autẽ miracula dici
possunt. Ea etiã ratõe.qz ⁊ si aliq̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modo miracula dici possunt. qa tamen quedam sunt supra naturam. quedam contra naturā. quedam pter naturam. Et supra naturam sunt illa in qbus nō est sile in natura nec in eius potentia. vt virginem parere. Contra naturā vt que fiūt vsu contrario nature. terminātur autem ad conformē nature. vt ceci illuminatio. Et pter naturam vt que fiūt ordini simili nature. non tamē p principium nature. vt in mutatōne virgarum in serpentes qō natura facere potuisset p longam putrefactōnem propter rōnes seminales. sicetiaz opera magoz dicentur mirabilia. Rem gestam narrare expedit z paululum eius declaratōni insistere. Est oppidū in dyocesi Argentinensi. cuius nomē occultare ordo charitatis z honestatis postulat. In quo laborator quadam die dum ligna ad comburādum duntaxat in domo secaret. Cattus qdam nō parue quantitatis ipm molestare ei importune se obijciendo nisus est. quem abiendo ecce alius maioris quātitatis simul cum priori acrius ipsum aggredūtur. quos iterum vbi repellere volebat ecce tres pariter z iam versus vultum saliendo iamqz inter tybias morsibus lacerādo ipm aggredūtur. Perterritus inde z vt retulit maiori anxietate nunqz perplexus signo crucis se muniendo z opus pter mittendo per incisa ligna cattos infestos z mō ad faciē mō ad gut

Cattus laborat' pressit

tur denuo saltātes iā vnā ad caput iā alterā ad pedes aut sup dorsū percutiēdo vix abegit. Et ecce p hore spaciū dum iterum suo operi insisteret duo famuli oppidi cōsulum tanqz malefactorē ipm capientes ad psentiam baliui seu iudicis ducere volebant. qui iudex a longe ipm aspiciens. Nec audientiam sibi prestare volens. imperat vt ad profundū cuiusdaz turris seu carceris vbi plectendi includebantur ad mortem proijceretur. Eulans ille z cur talia pateretur cum in nullo crimine se cōscium agnosceret. per triduū custodibus carceris queru lose lamētabatur. Et hi qdem quanto pro audientia sibi prestanda amplius instarent Tanto acrius iudex ira seuiebat verbis contumeliosis asserens quō tātus maleficator adhuc reatum suū non agnosceret. aut quō se innocētē proclamaret cum euidentia facti eius flagicia horrenda demōstrarent. Et cuz hi nil proficerent trī suasu aliorū psulū iudex indutius audiētiā sibi prestare habuit. Eductus itaqz de carcere cū ante iudicē staret z iudex ipm intuen renueret. pauper genuby alioz circūsedētū p uolutus petijt vt cā sue calamitatis sibi apiretur. sicqz iudex in hec verba prorupit. Tu scelestissim hominū quomodo tua flagicia ñ recognosc. Ecce tali die z tali hora tres matronas precipuas huius ciuitatis vulnerasti vt in lectis decumbētes nec surgere aut

mouere se valent. Refocillatus pauper ⁊ de die ⁊ hora ac de euē/tu rei apud se ruminans dixit.
In diebus vite mee mulierē nū/quam percussi aut verberaui. ⁊ q̄ tali die ⁊ hora lectōni lignorū in/steri. testium legitima productio/ne probabo. Sed ⁊ vestri familiares sequenti hora huic operi me insistentem comparuerūt. Tunc iterum furibūdus iudex. Ecce aut quō scelera sua palliare nititur
Mulieres verbera deplangunt demonstrant ⁊ q̄ eas percusserit publice testantur. Tunc pauper amplius sup euentum rei rumi/nans. Illa inquit hora creaturas me percussisse recolor non aūt mulieres Antoniti circūsedentes ⁊ vt cuiusmōi creaturas percusserit referari cupiūt. Tūc ille rem gestā ⁊ prout supra tactum est omnib stupentibus recitauit. Et intelli/gentes opus demonis fuisse pauperem solutum ⁊ illesum abire. ⁊ q̄ negocium nulli reuelaret precipiunt. Sed nec a fidei zelatoribus qui ⁊ interfuerāt euentus occultari potuit. super quem modum aliqus disserendo. An ne demones in assumptis sic effigijs absq̄ presentia malefica q̄z apparuerūt. aut earum corpalis presentia pstigioso artificio in bestiales illas formas transmutata fuerit. Respō/dendo concludere oportet. q̄ licet vtrunq̄z virtute demonum fieri possit ipm tamen secūdum factum fuisse amplius preium tur. Nam motum localem vbi dēo/nes in effigijs cattorum laboratorem inuaserūt etiam laboratoris ictus ⁊ verbera cattis illata mulieribus in domo residentib subito ⁊ per aerem inferre potuisse. ⁊ hoc propter pactum mutuo dudum initum nemo dubitat
Sic eēm ⁊ lesionem vel punctu/ram quam inferre volunt sciūt alicui imagini depicto vel fuso vbi aliquem maleficiare volunt q̄ ñ illi imagini sed illum quem pſentare habet iuxta puncturas super imagines factas ledunt. Varia super hunc modum gesta deduci possent. Nec valet instantia si quis obijceret illas mulieres sic lesas fortassis fuisse innocentes. eo q̄ ⁊ per exempla tacta lesiōes etiam innocentibus posse cōtingere patet. Dum aliquis ignorāter per imaginem artificialem a malefica leditur instantia nō valet quia aliud est a demone p maleficam ledi. ⁊ aliud per ipm demonem absq̄ malefica quia demon per se in effigie animal' tūc verbera suscipit quando alteri sibi per pactum cōiuncto infert.
Et quando cū eius consensu ad talem apparitōem sub tali forma ⁊ modo se ingessit. Unde sic tantūmodo noxios ⁊ sibi per pactuz cōiunctos nocere potest ⁊ nullo modo innocentes. Per malefi/cas autem vbi demones ledere querunt tūc etiam innocentes p/missione diuina in vltionem tanti criminis sepe affligūt. veruz q̄ etiam demones per se interduz deo

p

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

permittente ⁊ innocentes ledunt
⁊ duduz Job sanctissimũ leserũt
sed vbi non fuerunt nec vsus fuit
dyabolus hmõi prestigiosis ap/
paritõnibus prout in tali facto ⁊
per tale fantasma catti quod ani/
mal perfidoz est appropriatum
signum. sicut canis pdicatoruz in
scripturis. Unde semp mutuo si/
bi insidiantur. Et ordo pdicatoz
sub figura cattuli latrantis in pri
mo fundatore aduersus heresis
premõstratus fuit. Presumitur
autem q̃ per secũdum modũ ma
lefice ille tres laboratorem inua/
serunt. tum q̃ primus modus nõ
tantũ eis placuisset. tum qz secun
dus earũ curiositati magis ꝓgruit
In quo etiã talis ordo circa tria
seruatus fuit. Primo quo ad de
monum instantiam sollicitate su
per hoc fuerũt ⁊ nõ demones ad
instantiam maleficaz. Sic eñ se
pissime ex earum fassionib̃ reper
tum est a nobis q̃ ad instantiam
demonũ eas continue ad mala p
petranda infestãtes plura habẽt
facere. Et verisimile q̃ de se non
cogitassent pauperem molestare
Causa autẽ quare demones ad hꝰ
sollicitabant sine dubio extitit. q̃
quia bene noscũt vbi crimina ma
nifesta impunita remanent am/
plius deꝰ offenditur. fides catho
lica deponestat. ⁊ ipãrum nume
rus amplius augmentatur. Se/
cũdo habito earum consensu de/
mones earum corpora localiter
trãstulerũt ea facilitate qua ⁊ spi
ritualis virtus prestantior corpo
rali existit. Tertio. q̃ prestigiosa
apparitõne modo quo supra ta/
ctum est in formas illas bestiales
cõuerse ipm laboratorem inuade
re habuerũt. nec defense a verbe/
ribus sicut vtiqz ea facilitate qua
trãslate fuerant eas defendere po
tuissent: sed verberari ⁊ verbera/
torem manifestari permiserũt. sci
entes illa flagicia p effeminatos vi
ros nullum zelum fidei habẽtes
remanere ob causas ptractas im/
punita. Alludit quod legitur de
quodam sancto viro qui dum se/
mel predicantem dyabolũ in for
ma sacerdotis deuoti in ecclesia
repperisset: ⁊ per spiritum ipm de
monem agnouisz esse verba sua
obseruauit. ⁊ an bene vl' male po
pulum informaret attendebat
Et dum ipm irreprehensibilem et
potius criminũ obiurgatorem p
pendisset. finito sermone accersito
dum causam sup his quereret re/
spondit. Ecce veritatem dico sci/
ens q̃ dum auditores sint verbi
⁊ non factores amplꝰ deus offen
ditur ⁊ lucrum meũ augmentat.

De modo quo demões p ma/
leficarum operatõnes homines
interdũ substãtialiter inhabitãt.

Capitulum nonũ

Dia in pre
cedenti capitulo tactuz est

Diabolus pdicat

qualiter demones etiã capita ho
minũ aut alias ptes corporis oc/
cupare ⁊ intrare ⁊ species interio
res de loco ad locum mouere pos
sunt. Dubitare ꝗs posset. An ne
ex toto homines ad instantiam
maleficarum obsidere possent
Et de diuersis modis obsidendi
absq; maleficaꝝ instantia Unde
pro harum declaratõne tria sunt
declaranda. Primo de diuersis
modis possidẽdi. Secũdo ꝙ ad
instantiam maleficaꝝ diuina per
missione demones interduꝫ oiby
illis mõis possidẽt Tertio acta ⁊
gesta sup hec sunt deducenda.
Quo ad primũ secluso illi gene/
rali modo quo dyabolus hoiem
cum quolibet peccato mortali in
habitat. De quo modo sctũs tho
mas quol. iij. q. iij. sub dubio. An
diabolus semp substantialiter in
habitat hoiem quãdocũq; peccat
mortaliter. Causa dubitatõnis e/
ius sit. ꝙ cum spũssanctus semp
inhabitat hoiem cum gratia. Iu
xta illud. i. ad Corinth. iij. Tem/
plum dei estis ⁊ spũs dei habitat
in vobis. ⁊ gratie opponitur cul/
pa ⁊ opposita habẽt fieri circa idẽ
Ubi etiam declarat ꝙ quia inha
bitare hoiem potest intelligi du/
pliciter. Uel q̃tum ad aiam. vel
q̃ntum ad corpus. Et primo mõ
cum nõ est dyabolo possibile in/
habitare aiam. eo ꝙ solus deꝰ mẽ
ti illabitur. Nec iterum dyabolꝰ
ita est causa culpe sicut spiritꝰ san
ctus efficit in anima per se operã/
do. Ideo similitudo non valet
Quantum vero ad corpus dice/
re possumus. ꝙ dupliciter dyabo
lus potest inhabitare hominem.
sicut etiam dupliciter homies re/
periũtur vel in peccato vel in gra
tia existentes. Primo mõ dicere
oportet ꝙ quia ex quolibet pecca/
to mortali homo seruituti dyabo
li addicitur inq̃ntum dyabolus i/
terduꝫ exterius suggessit peccatũ.
vel q̃ntum ad sensum. vel quan/
tum ad imaginatõnem. Ideo di
citur inhabitare affectum homi/
nis cum ad quẽlibet motum ten
tationis mouetur sicut nauis in
mari sine gubernatõne. Potest e
tiam dyabolus hominẽ substan
tialiter inhabitare. sicut patet i ar
reptijs. Et quia hoc magis perti/
net ad rõnem pene q̃ culpe vt pa
tebit. Et pene corpales non sem/
per consequũtur culpam. sed q̃n/
doq; peccantiby ⁊ non peccãtiby
inferũtur. Jõo ⁊ in gratia ⁊ extra
gratiã existentes fm altitudinem
incõprehensibiliũ iudiciorum dei
inhabitare substantialiter possũt
Et hic modus possidendi licet ñ
sit nostre speculatõnis. ponit ta/
men ne alicui iposs bile videatur
ꝙ etiam dei pmissione homines
a demoniby ad instantiam male
ficarum substantialiter interdum
inhabitant. Possumus ergo di/
cere ꝙ sicut quinq; modis demo
nes per se absq; maleficis homi/
nes ledere ⁊ possidere pũt. ita ⁊ oi
bus illis modis ad instantiã ma

leficatum. cum e tūc sicut amplius deo offenditur. ita ⁊ maiori seuiendi in homines p maleficas demoni pmittitur facultas Et modi pfunctorie recitādo hi sūt dempto eo q̄ vexant aliquando in bonis fortune exterioribꝫ q̄ aliquando etiam aliquos in propriis ledunt tantūmodo corporibus. Aliquādo in corporibus simul ⁊ in potentijs interioribus Aliquando solum tentant intus ⁊ extra. Alios vsu ratōnis ad tēpus priuant Alios velut bestias irratōnales reddunt. De singulis dicamus. Sed prius quinq̄ causas ꝓpter quas deus permittit homines possideri pmittamus. q̄a hūc ordinem seruare materia postulat. Nam aliquādo quis possidetur pro maiori suo merito.

Aliquādo p alieno leui delicto. aliquādo pro suo veniali peccato. aliquādo pro graui peccato alieno. aliquādo pro magno facinore proprio. Et his omnibus de causis nulli dubium q̄n ⁊ deus ad instantiam maleficarū per demones etiam similia fieri interdum pmittat. ⁊ singula ex scripturis et non per noua gesta tantū proba re expedit. cum semp̄ noua p antiqua roborantur. Nam de prio patet in dyalogo Seueri beati martini charissimi discipuli. vbi fertur quendā patrem sanctissime vite tanto dotatum in gratia expellendi demones vt hi ne dum verbis proprijs fugarentur. sed e tiam eiusdem patris epistolis et calitio ⁊ cum coram mundo pater esset celeberrimus se tentari sensit vana gloria cui vicio licet viriliter resisteret. tamen vt humiliaretur amplius totis precordijs deum p̄cabatur. quatenus q̄n q̄z mensibus a demone possideretur. quod ⁊ factum est. Nam e um statim possessum vinculari oportebat ⁊ oia applicare sibi dēoniacis cōmunia. Finito autē quinto mense prorsus ⁊ ab omni vana gloria ⁊ a demone liberatus est Sed q̄ hac de causa quis p maleficium alterius posset a demone possideri sicut factum fuisse non legitur. Ita nec ad p̄sens affirmatur. licet vt p̄missum ē incomp̄hensibilia sint dei iudicia. De secūdo autem q̄ ex alieno leui delicto aliquis possidetur. ponit exemplū beatus Gregorius de brō Eleutherio abbate viro simplicissimo qui cum prope monasterium virginū pernoctaret. ⁊ ignorantī ordinauerūt ad suā cellam poni parvulū puerum q̄ omni nocte vexabatur a demone.

Sed eadē nocte a demōe liberatus est p patris p̄sentiaz. Hic cūrem didicisset gestam ⁊ puer iam positus esset in monasterio sancti viri. ⁊ trāsactis multis diebꝫ paulo ꝫmoderate letus de liberatōe pueri ait ad confratres suos. Diabolus sibi cū illis sorortibꝫ iocabatur. Sed vbi ad seruos dei venit puerꝫ hūc accedere nō presumpsit Et ecce statim dyabolus puerum vexare cepit. Et p lachrymas ⁊ ie

Vt fr̄s a dyabolo vexat ⁊

|| Dyabolus puerꝫ vexat

iunia sancti viri ⁊ confratrum dif
ficulter sed eodē die liberatus fuit
Et ꝗdam vbi ex alieno ⁊ leui de/
licto quis innocens possidetur.
Non miruz si propter veniale p/
prium: aut propter graue alienuz
peccatum. aut etiam propter pro
prium facinus aliqui etiā ad ma/
leficarū instantiam p demones
possidentur. Nam ⁊ de ꝓprio ve
niali peccato patz p Cassianū col
la. abba. sereni prune. dicentē de
moyse. Moyses inquit in here/
mo cum singularis ⁊ incōparabi
lis vir esset ob reprehensionē vni
us sermonis quem contra abba/
tem machinariū disputans. pau/
lo durius protulit quadaz scilicet
opinione puentus duro cōfestim
traditus est demoni vt humanas
egestiones oz suo ab eo suppleto
ingereret. Quod flagellum pur/
gationis gra domini intulisse vi/
detur. ne scz in eo vel momētanei
delicti macula resideret patuit ex
miraculosa curatōne. Nam con
tinuo abbate machario in orōne
submissa citius nequā spiritus ab
eo fugatus abscessit Simile vide
tur huic quod Gregorius primo
dyalo. refert de moniali que lactu
cam comedit nō prius signo cru/
cis se muniens. ⁊ p beatū Equiti
um patrem liberata De quarto e
tiam vicz pro alieno graui pecca
to aliquem possideri ibidez refert
beatus Gregorius de beato For
tunato episcopo. qui dum dyabo
lum ab obsesso homīe propulissz
sero idem demon in specie pere/
grini p plateas ciuitatis clamare
cepit O virum sanctum fortuna
tum episcopum. Ecce de hospitio
me peregrinū proiecit nec vbi ꝗes
cam inuenio. Tūc quidam cum
vroze sua ⁊ filio sedens peregrinū
inuitauit suū ad hospitium. ⁊ que
rendo causam expultionis ē gaui
sus sup derogatīe sancti viri q̄m
a peregrino ficte audiuit. Extinde
autem dyabolus puez inuasit et
prunis intecit ac animā eius ex/
cussit. Siczz pater miser primuz
quez recepisset hospitio intellexit.
Et de ꝗnta causa proprij facino/
ris ⁊ magni cōmuniter tam in sa
cra scriptura q̄ in sanctoz passio
nalibus legimus. Nam ⁊ sic. i.
Regum xv. Saul inobediens
deo possessus est. Que oia vt dixi
mus tacta sunt ne impossibile cui
quam videat ne ob facinoz ma/
leficarum vt aliqui etiam ad eaz
instantiam possideantur. Su/
per quo vt diuersos modos pos
sidendi intelligere valeamus. quo
ad secūdum rem gestam in medi
um producamus. Tēpoze siqui/
dez Pij pape secūdi ante inuictū
inq̄sitionis officium vni e duob
inquisitoribz hunc tractatū confi
cientibus talis accidit casus. Bo
hemus ꝗdam de dachono, oppi/
do filium vnicum ⁊ sacerdotem
secularem ob liberatōnis gratiā
quis obsessus erat Rhomā vsqz
perduxit. Et casu autem duz ego
vnus ex inq̄sitoribus hospitium
refectōnis gratia intrassem conti
git vt tanqz cōmensalis idem sa/

p iij

cerdos cum patre ad tabulā pari
ter mecum consederet. Cōuescen/
tes autem ⁊ mutuo vt moris fo/
rensium est conferentes. Idez pa
ter pluries suspirans. Et q̃ pro/
sperum iter cōpleuisset a deo omni
potenti optabat. cui ex intimis cō
patiendo. que nam sui itineris et
causa tristicie esset inquirere cepi.
Tūc ille filio audiente ḋ ⁊ mihi
collateralis in mensa erat. respon
dit. Heu filium habeo a demōe
obsessum quē ob liberatōnis gra
tiaz magnis laboribus ⁊ impen/
sis bucusqz pduxi. Et ego. Ubi
nam filius esset dum ingrerez q̃
mihi collateralis esset indicauit
Atterritus ego paululū ⁊ diligē/
ter ipm intuens q̃ cum tāta mo/
destia cibum sumeret ⁊ ad quezq̃
interrogata pie responderet. He
sitare animo cepi ⁊ q̃ obsessus nō
esset sed infirmitatis causa sibi ali
quid accidisse obieci. tūc filius rem
gestam p se narrās. ⁊ qualiter q̃n
tocz tempore obsessus fuisset indi
cauit. Mulier inq̃t quedam ma/
lefica hanc mihi infirmitatē con/
tulit. briganti em contra eam ra/
tione cuiusdā disciplne circa regi
men curie cum eam durius incre/
passem quia ceruicose volūtatis
erat dixit. q̃ post paucos dies ha
berem intendere bis que mihi cō
tingerēt. Sed ⁊ demon in me ha
bitans hoc idem refert. q̃ malefi/
cum sub quadam arboze positu
sit a malefica. quod nisi amoueat
non potero liberari. sed nec arbo
rem vult indicare. Et ego nec mi
nimam suis dictis fidez adhibuis
sem nisi experientia me protinus
edocuisset. Nam interrogatus a
me de interuallo temporis vt pre
ter consuetū modum obsessoruz
tante sue ratōnis esset capacitatis
Respondit. vsu ratōnis tantum
modo priuor quādo diuinis aut
vacare aut sacra loca visitare vo/
luero. precipue autem demon ex
suis verbis p me prolatis dixit.
Qd̄ sicut maiorem displicentiam
hactenus in sermonib̄ ad popu/
lū sibi fecissez. ita vt nūc nullo mo
do me pdicare sineret. gratiosius e
nim ex relatu patris pdicator ex/
titit ⁊ omnibus amabilis. Et ego
inquisitor cum de singulis certifi/
cari volebam. per q̃ndenam ⁊ vl
tra ad varia sanctoz limina ipm
deducere decreui. Precipue autē
ad ecclesiam sancte praxedis vir/
ginis vbi pars statue marmoree.
cui in sua flagellatōe saluator no/
ster allegatus fuerat. ⁊ ad locum
in quo petrus apostolus crucifix⁹
fuerat. in quibus locis horribiles
eiulatus dum exorciza batur emit
tebat. iam asserens se velle exire.
post paululum vero minime. Et
vt pmissum est in omnibus mori/
bus mansit sacerdos compositus
⁊ sine omni nota nisi dum exorcis/
mi incipiebantur. ⁊ illis finitis dū
stola de collo amouebatur. et tūc
iterum nec minimū irrōnabilem
aut inhonestum motum demon
strabat. Hoc dempto dum eccle
siam aliquam ptranseūdo genua
pro salutatōne virginis gloriose

Sacerdos malefi
cio fuit

flectebat. Tūc diabolus eius lin
guam in longum extra os suū e/
mittebat. Et interrogatus Eli
non ab illo se posset continere. re/
spondit. Hoc facere minime va/
leo. sic enī vtitur omnibus mēbris
⁊ organis collo lingua pulmone
ad loquendū vel eiulandum duz
ei placet. Ob audio ꝗdem verba
que sic per me ⁊ ex membris meis
loqtur. sed resistere omno non va/
leo. ⁊ quando devotus oratōni a
liqua insistere affectarem. tanto a
crius me impugnat linguaz emit
tendo. Et quoniam colūna in ec/
clesia sancti petri in templo salo/
monis circūferrata existit. p cuius
virtutem plures lz a demonibus
obsessi liberantur. eo q ⁊ christus
predicando in templo illi se appo
diasset. hic tamē occulto dei iudi/
cio liberari nō potuit. Illum mo
dum pro sua liberatōe sibi dispo
nendo. licet enī per integrum diē
⁊ noctem circa calūnam inclusus
mansisset. tamen sequēti die post
varios exorcismos sup eum ple/
ctos dum circūstaret populus et
magnus fieret concursus. Et in/
terrogatus in qua parte calumne
se christus expodiasset. tūc denti/
bus mordendo colūnam locum
demonstrabat. eiulans. Hic ste/
tit. hic stetit. Ultimatim tū dixit.
Nolo exire. Et cum interrogare
tur. qua de causa. Respondit. p
pter lombardos. Et interrogat⁹
denuo. Cur propter lombardos
egredi nollet. Tūc respondit in
italica lingua. cum tamē infirm⁹
sacerdos illud idioma ignoraret
dicens. Omnes faciunt sic ⁊ sic. no
minando pessimū vicium luxu/
rie. At sacerdos post hoc me in/
terrogando dixit. Pater. quid si/
bi volunt hec verba italica que ex
ore meo protulit. Cui cum indi/
cassem. respondit. Verba quidem
audiui sed intelligere non potui.
Et quia vt res probauit eiusdem
hoc demonium erat de genere il/
lo. de quo saluator in euangelio.
Hoc genus demonioz nō eijci/
tur nisi in orōne ⁊ ieunio. Ideo ꝗ
dam venerabilis episcopus p tur
chos vt fertur a sede expulsus pie
illi compatiens p totum quadra
gesimale tēpus in pane ⁊ aqua ie
iunijs ⁊ orōnibus ⁊ exorcismis ꝗ
tidie insistens ipm per dei gratiā
tandez liberauit. ⁊ ad propria cū
gaudio remisit. Super quo licet
sine miraculo nullus in hac vita
possit sufficienter disserere ꝗbus ⁊
quot modis demon homies pos/
sideat vel etiam ledat. Possum⁹
tamē dicere q ꝗnqz modis. dem
pto eo q in rebus fortune exterio
ribus aliquādo tm ledunt. Nam
aliqui in proprijs tm modo vexā
tur corporib. aliqui in corpore si/
mul ⁊ in potentijs interioribus. ali
qui in potentijs tantūmodo inte/
rioribus. aliqui castigatōne eorum
ad tēpus tantūmodo vsu rationis
priuant. Aliqui vero velut bestie
irrōnales reddūtur. Prefatuz sa/
cerdotem quarto mō possessum
fuisse declarat. Nam nec in rebus
fortune nec in proprio vexat⁹ corpe
fuit. put cōtigit beato Job vbi ds

p_iij

demonez licẽtiasse manifeste scri/
pturam super hoc tradit dicens
ad sathan. Ecce vniuersa que ha
bet in manu tua sunt tm in eum
ne extendas manũ tuam et hoc i
res exteriores. In corpus vero
postmodũ ait. Ecce in manu tua
est verũtamẽ animã eius serua. i.
vitam eius ne auferas. Potest e
tiam dici q tertio modo scz in po
tentijs anime interioribꝫ simul et
corpore vexatus fuit. cuz dicebat
vt Job. vij. habetur. Ad domi/
num si dicitur. consolabit me le/
ctulus meus ⁊ releuabor loquẽs
mecum in statu meo. terrebis me
per somnia ⁊ p visiones horrore
concuties demone scz procurãte
fm Nicolaum de lyra ⁊ fm tho.
Terrebis me p somnia que scilz
dormienti apparent ⁊ p visiones
que scz apparent vigilanti ab vsu
exteriorꝫ sensuũ alienato. solent e
nim fantasmata informata diur
nis cogitationibus esse in terrore
dormientiũ. Et hec reprobãtur i
eo ex infirmitate corporis. Un/
de sic consolatone vndicz seclusa
nil remedij videbatur Job eua/
dendi tot angustias nisi p morte
horrore inquit concuties. Quibꝫ
modis ⁊ malefice homies ledere
per demones nemo dubitat. put
et in sequentibꝫ patebit qualiter p
grandines i rebus fortune ⁊ i cor
pora animaliũ ⁊ hominũ lesiones
inferunt. Et tertius etiam modꝰ
ledendi est in corpore ⁊ in interi/
oribus potentijs abscz priuatio/
ne vsus rationis. Patet ex earuz
operationibus vbi vt supra tactũ
est adeo mentes hominũ ad illici
tas affectones incendũt q necess/
sario etiam nocturno tempore ad
amasias per longa terrarum spa
cia currere habent. fisco carnalis
amoris nimis illaqueati. Potest
adduci ⁊ illud quod i hastia oppi
do margburch. contigisse dicitur
de quodam obsesso etiam sacer/
dote dum in exorcismis demon
interrogaretur. qnto tẽpore sacer
dotem inhabitasset. Respondis/
se fertur septem annis. Et cum ex
orcista obiiceret. Cum vix per tres
menses eum vexasti. reliquo tẽpo
re vbi eras. Respondit. In corpo
re suo me occultabã. Et ille. In q
parte corporis vbi inquirebat. re
spondit. vt plurimũ in capite. Et
denuo vbi nam fuisset qndo diui
na celebrasset ⁊ sacramentũ sum/
psisset requisitus. dixit. Sub lin/
gua eius me occultaui. Et ille. mi
ser: qua temeritate ad psentiã cre/
atoris tui non aufugisti. Tunc
demon. Nũquid sub ponte se ne
quã occultare potest donec desu
per vir sanctus ptransibit. dũmo
do gressus non fixerit. diuina ta/
men cooperante gratia liberatus
fuit. siue verum siue ficticium ptu
lerit. cum menda ꝓsit ⁊ pater eius
Quartus modus applicatur ad
pfatum possessum rhomel bera/
tum sub hac declaratõe. q demõ
possit illabi corpori. licet non ani
me cum hoc soli deo sit possibile.
illabi etiã corpi nõ tm infra tem/
nos cẽtie corpis. Ꝗ inquã decla

Dia⁹ ꝓ lig. facdot tpo celebrã
cõis se abscondit

t mios essentie corpis. hoc inq̃z
t eclarando habet modꝰ quo de/
mones substantialiter interdum
hoies inhabitant. t ad tẽpus tan
tũmodo vsu rõnis priuant. Et q̃
dem hoc sic declaratur. Nam di
cere possumus q̃ corpus habet
terminos duplicis rõnis. scz quã
titatis t essentie. Unde quãdo an
gelus quicũqz bonus vel malus
operatur infra terminos corpalis
quantitatis. Et sic etiaz illabitur
corpori operando circa potentias
quantitatiuas. sic etiam boni an/
geli etiã imaginarias in bonis vi
siones operantur. Nunq̃z autem
dicũtur illabi essentie corporis. qz
non possunt illabi vt pars neqz si
cut virtus Non sicut pars qz alia
t alia est essentia vtrobiqz. Non
sicut virtus quasi dans esse quia
suũ esse habet p creatõnem a deo
Unde t ipe solus habet intrinse
cam essentie opatõnem t pserua
tionem q̃diu placitum fuerit sue
pietati conseruãdo. Unde conclu
ditur q̃ alie omnes pfectõnes seu
defectus loquẽdo de bonis quo
ad pfectiones. de malis quo ad de
fectus quando opantur. si opant
circa corpus t partes eius. vt cir/
ca caput illabũtur tali corpori su/
per terminos viez quantitatis et
quantitatiuas potentias. Si ve/
ro circa animã tunc iterum vter/
qz extrinsece operatur. sed modis
diuersis. Et dicũtur operari circa
aiam fantasmata illa seu species
intellectui repsentando. t nõ solũ
ad iudiciuz sensus cõmunis t sen
suũ exteriorũ. Et quibꝫ opationi
bus sequũtur tentatõnes a malis
angelis t affectõnes t cogitatio
nes male per indirectuz operãdo
versus intellectum. A bonis au/
tem angelis sequũtur illustratio/
nes fantasmatũ ad cognoscendũ
reuelanda ab eis. vnde t talis di
uersitas est q̃ boni angeli etiam
directe possunt imprimere in in/
tellectum fantasmata illustrãdo
Mali autez neqz illustrare dicũ
tur fantasmata sed prius obfusca
re. Itẽ nec directe imprimere pos
sunt sed tantũmodo indirecte in/
quantũ intelligentem necesse est
fantasmata speculari. Per hec ta
men etiam angelus bonus nõ di
citur illabi anime. licet eam illũi/
net. Sicut nec dicit superior an/
gelus illabi inferiorem. licz eũ
illuminet sed tantũmodo extrin/
sece operatur t cooperatur modo
quo dictuz est. vnde multomin⁹
malus illabi potest Et p hũc mo
dum demon sacerdoti corpus in
tribus occupauit. Primo q̃ sicut
illabi suo corpori potuit infra vi/
delicet terminos corpalis quãti/
tatis. ita caput suũ occupauit sub
stantialiter illud inhabitãdo Se
cũdo. q̃ circa aiam eius extrinse/
ce operari potuit obfuscando in/
tellectum vt rõnis vsum pderet.
Jta etiam potuit vt sine intermis
sione vel etiam interpellanti eum
quo ad amissionez ratõnis vexa/
ret. Licet etiam dici potest. q̃ ex
dono dei hoc habuerit sacerdos
vt nõ sine intermissione a dẽone

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vexaretur. Tertio. q̃ licet oĩ̃ibꝫ
membris ꝛ organis ad loquẽdũ
ꝛ voces ad formandum priuare/
tur. semp tamẽ ad verba licet nõ
ad sententiam verborꝫ aduerten/
tiam habuit. qui modus obsiden
di plurimũ ab aliis obsidẽdi mo
dis differt. cum cõmuniter obses/
si legũtur sine intermissione a de/
monibꝫ affligi. vt patet in euãge/
lio tam de lunatico cuius pater di
xerat ad iesum. Domine miserere
filio meo quia lunaticus est ꝛ ma
le patitur. Matthei. xvij. cũ etiaꝫ
de muliere illa quaꝫ sathanas al
ligauerat. xviij. annis. ꝛ erat incli
nata nec oĩno poterat sursuꝫ aspi/
cere. Luce xiij. Quibus etiã mo/
dis indubie demones diuina per
missione ad instantiaꝫ malefica/
rum vexare possunt.

De modo quo oĩ̃e genus in/
firmitatis inferre possunt Et hoc
ũ generali de grauioribꝫ.

Capitulum. xi.

Ed et hoc

q̃ non sit aliqua infirmi/
tas corporalis que a maleficis dõ
pmittente inferri nõ possit. Etiaꝫ
si ad lepram vel epilensiam se ex/
tendere habeat. Probari potest
per hoc q̃ per doctores nullũ ge/
nus infirmitatis excipitur. Nam
diligenter ea que supius tacta sũt
tam de virtute demonum cũ ad
maliciam maleficarum conside/
rantur nullam patitur hoc diffi/
cultatem Nam ꝛ nider tam i suo
preceptorio cũ etiam formicario.
vbi querit. An malefici possint
veraciter suis maleficijs homies
ledere Et ẽ questio absq̃ exceptõ
ne alicuius infirmitatis etiam cũ/
tumcũq̃ incurabilis. Et vbi re/
spondit q̃ s.c. querit consequẽter q̃
bus modis ꝛ quibus rebus. Et
quo ad primũ respondit vt supra
ex prima questione prime partis
tractatus patuit. Probatur etiã
per Isidorum. describentes ma/
leficarum operatõnes. viij. ethi. c.
ix. Malefici dicũtur ob facinorũ
magnitudinem. hi eĩ elementa
concutiũt scz opere demonum ad
tempestates concitãdas. mentes
hominũ turbant modis vicz su/
pra tactis vsum ratõnis vel oĩ̃i
no impediendo. aut grauiter ob/
fuscando subdit. ꝛ absq̃ vllo ve/
neni haustu violentia tm̃ carnis
animas interimũt vitam vicz au
ferendo. Probatur etiam p san/
ctum Tho. in. ij. sententiaruꝫ cir/
ca distin. vij. ꝛ viij. Et in. iiij. disti.
xxxiiij Et cõmuniter per oẽs the/
ologos ibidem scribentes. q̃ ma
lefici oĩ̃ibus modis possunt pro
curare lesiones in hominibꝫ ꝛ co
rum rebus cooperante demone i
quibus demon potest solum lede
re vel decipere videlicet in rebus
fama corpore vsu ratõnis et in vi
ta vult dicere q̃ in illis in quibus
demon per se absq̃ malefica pos/
sit ledere possit etiam cum male/

fica.imo ampliori facilitate pro/
pter maiorem diuine maiestatis
offensionem vt supra tactum est.
De rebus nancq patet Job.i.c.ij.
vt supra patuit. De fama patet in
legenda beati Hyeronimi. vt re/
fert Jo.an.in hyeroniniano q di
abolus se trāsformauit in formā
sancti siluani episcopi ī nazareth
amatoris Hyeronimi. Qui de/
mon primo feminam nobilē no/
cte in lecto procare ⁊ prouocare ce
pit ad luxuriam verbis. ⁊ deinde
factis sollicitauit ad malum. que
cum clamaret, demon sub specie
sancti episcopi sub lecto femine se
abscondit. vbi requisitus ⁊ inuen
tus per luxuriosa verba se menti/
tus est esse episcopum siluanum.
In crastinum igitur sanctus vir
disparente dyabolo diffamatus
est grauissime. Que diffamia tan
dem circa sepulchrū sancti Hye/
ronimi fauente dyabolo in obses/
so corpore purgatas est. De cor/
pore patet in beato Job. qui pcus
sus fuit a demone vlcere pessimo
quod exponitur de lepra. Refert
etiam Sigibertus ⁊ Uincentius
in specu. hysto. li. xxv. ca. xxxvij. q
tempore Ludouici secūdi impa/
toris in parrochia magūtina qui
dam demon primo sepe lapides
iecit ⁊ quasi mallio ad domos p/
cussit. Et deinde publice loquen
do furta prodendo ⁊ discordias
seminando plures inq̄etauit. De
inde oēs contra vnū irritauit cu/
ius hospitiū vbicūq manebat in
cendit. Et ob illius peccata oēs
pati affirmauit. Unde tandē tm
agros pro hospitio habere potuit
propterq̄ cum pbyteri letanias
celebrarent multos iactib lapi/
dum demon vsq ad cruentatōez
lesit. aliquando quieuit. aliquādo
seuit. ⁊ per triēnium ista cōtinua/
uit quousq oīa edificia ibi incē
dio consumpta sunt. Item de no
cumento vsu ratōnis ⁊ vexatōne
interiorū sensuū probatur ex pos
sessis ⁊ arrepticijs per euangelicas
etiam hystorias. Item de morte
⁊ q de vita etiam quosdā priuat
Patet Thobie vi. de septem vi/
ris sare virginis occisis qui ꝓpter
luxuriosum affectum ⁊ effrenem
appetitum in virginem saram e/
iusdem nō erant digni matrimo
nio. Quare concluditur. q sicut p
se. ita ⁊ amplius p maleficas in oī
bus nihil dempto hominib no/
cere possunt. Uerum vbi querit.
An huiusmōi lesiones sint poti⁹
demonib aut maleficis imputā/
de. Respondetur q sicut propria
⁊ īmediata actōne demones ope/
rantur infirmitates īmittendo.
ita ⁊ ipīs principaliter sunt imputande. sed quia in contemptū ⁊ of
fensam creatoris simul ⁊ in perdi
tionez animarū querūt huiusmo
di p maleficas exercere scientes q
per talem modū sicut deus ampli
us irritatur ita ⁊ amplius pmit/
tit eis potestatem seuiendi. quia
⁊ de facto innumera maleficia p/
petrantur que non pmitterentur
dyabolo inferre hominib si p se
solū affectaret homies ledere que

tamen pmittuntur iusto ⁊ occul/
to dei iudicio per maleficas pro/
pter earum perfidiam ⁊ catholi/
ce fidei abnegatoem Unde ⁊ eis
iusto iudicio talia maleficia im/
putantur secūdario quātūcunq;
dyabolus sit actor principalis.
Scopa ergo quaz mulier intin/
geret aque vt pluat ⁊ sursum in a
erem aquam spergendo licz in se
nō causat pluuiam nec possz mu
lier inde reprehendi. qz tamen ex
pacto cum demone inito. vbi iaz
vt malefica talia facit licet demō
sit qui pluuiam causat. ipa tamē
merito inculpatur. eo q mala fi/
de ⁊ opere dyabolo seruit eius ob
sequijs se tradendo. Sic etiam
quando imaginem ceream vel si
mile ad maleficiandū aliquē ma
leficus facit vel quando malefi/
cio alicuius in aqua vel plumbo
imago apparet quicd molestie i
fertur tali imagini cum tale expe
ritur fieri in imaginario id est ho
mini maleficiato puta punctura
vel alia lesura quecūq;. Licet le/
sio realiter inferatur imagini per
maleficam vel alium hominē et
inuisibiliter demon maleficiatuz
hominē eodem modo ledit meri
to tamen malefice imputatur qz
sine ea deus nunq; lesionez infer
re dyabolo permitteret. nec dya/
bolus per se ledere ipm attenta/
set. Sed quia dictuz est de fama
in qua demones per se homines
ledere possunt absq; maleficarū
cooperatōne posset in dubiū ver
ti. An etiā demones p se possent
honestas mulieres infamare vt
tanq; malefice reputarētur cuz in
earum effigie ad maleficiandum
aliquem apparerent. vnde cōtin/
geret talem innocenter infamari.
Responsio. aliqua sunt pmitten
da. Primo. quia dictum est dō
nem nihil posse efficere absq; di/
uina permissione. vt in prima p/
te operis circa vltimam questio/
nem patuit etiam tactum est q
nō est tanta pmissio super iustos
⁊ in charitate existentes sicut su
per peccatores in quos vtiq; sicut
maiorem habet potestatē iuxta
illud. Cum fortis armatus custo
dit ⁊c. Ita vtiq; plura pmittunt
a deo in eorum afflictōnem q; su
per iustos. Demū licet iustos in
rebus exteriorib⁹ vt fama ⁊ sa/
nitate corporis ledere possunt do
permittēte quia tamen sciūt hoc
eis cedere in augmentū mentori
um ideo minus eos ledere affe/
ctant. Ex q̄bus dici potest q in
hac difficultate respectus potest
haberi ad diuersa. Primo ad di
uinam pmissionem. Secūdo ad
hominē qui censetur honestus. cū
tales non semp sunt in charitate
existentes sicut sunt sub honesta/
te reputati. Tertio ad facinus in
quo innocens deberet infamari.
qz illud ex sua radice cuncta flagi
cia mundi excedit. Ideo dicendū
Licet ex diuina pmissione quiq;
innocens siue in gratia constitu/
tus siue nō ledi possit in reb⁹ for/
tune ⁊ fama habēdo. m respectū
ad ipm facin⁹ ⁊ grauitatē cr. mis

cum malefici sic nũcupãtur ob fa
cinorum magnitudinem. Juxta
Jsidorꝗ sepe allegatum. Dici pōt
q̃ hoc vt aliquis innocens predi
cto modo a demone infamek fie
ri non est bene possibile itez mul
tis respectibus. Primo quia cuz
infamare in vicijs que absqꝫ pec/
cato expresso vel tacito inito cum
demõe perpetrãtur. vt sunt furta
latrocinia ⁊ actus carnales. Aliõ
sit ab infamia super vicia q̃ nullo
modo possunt homini imputari.
aut ab eo perpetrari nisi super pa
ctum expressum cum demone ini
to. qualia sunt opera maleficarũ.
que nisi virtute demonũ a malefi
cis perpetrãtur vt vbi homĩes iu
menta aut terre fruges maleficiã
tur. vnde ⁊ eis aliter imputari nõ
possunt. Jdeo licet demon pos/
sit hominẽ de alijs vicijs infama
re. de tali tamẽ vicio infamare. q̃
sine eo non potest ꝓpetrari nõ vi/
detur bene possibile. Preterea.
hucusqꝫ nunqꝫ actum est nec rep/
tum vt aliquis innocens sit ꝑ de/
monem taliter infamatus. Et sic
propter talem infamiã morti fuis
set adiudicatus. imo vbi tantum
modo infamia laborat talis nul
la pena punitur nisi q̃ canonica
purgatio sibi indicitur. vt in tercia
parte operis circa secũduz modũ
sententiãdi maleficas patebit. Et
licet ibi contineatur q̃ in casu dũ
in purgatõne deficeret pro reo es/
set habendus. adhuc tamẽ adiu/
ratio sibi indiceretur antequꝫ vlte/
rius sup penam relapsis debitaz
procederetur. Sed quia circa cõ/
tingentia laboram⁹ que actu nũ/
quaz fuerũt perpetrata. nulli du/
bium q̃n ⁊ in postez diuina per/
missio fieri non permittat. Pre/
terea ⁊ a fortiori propter angeli/
cam custodiam que nõ permittit
insontes in alijs criminibꝫ mino
ribus infamari. vt in latrocinijs
⁊ hmõi minus permittet. imo for
tius sue custodie deputatum ab ĩ/
famia talium flagitiorũ preseruia
bit. Nec valet si quis acta ꝑ san/
ctum Germanũ obijceret. quan/
do demones in assumptis corpo
ribus ⁊ ad mensam cõsedentibꝫ
alias mulieres viris suis condor
mientibus representabant hospi
tem illudentes quasi ille mulieres
in proprijs corporibꝫ semper e/
dentes ⁊ bibentes aduentarent.
de qua etiam supra mentio habi
ta est. Quia nec ibi ille mulieres
excusantur quasi innocentes om
nino sed q̃ talia mulieribꝫ sepe ac
cidunt. quod iuxta ca. xxvi. q. v. e/
piscopi notatur. Ubi rep̃hendun
tur tales q̃ duz in imaginaria so/
lũmodo illusione trãsferãtur pu/
tant se veraciter ⁊ corpaliter trãs
ferri. licet vt supra tactum est etiã
interdum corporaliter a demoni
bus vehũtur. Sed q̃ corpales ĩ/
firmitates alias oẽs nulla dem/
pta diuina ꝑmissione inferre pos
sunt. De illo est p̃sens speculatio
Cõcludẽdo ex p̃notatis q̃ sic cuz
nulla fiat a doctoribꝫ exceptio.
cui et ratõnem assentire oportet.
cum alias demones sua naturali

virtute cũcta corporalia excedunt
vt sepe tactum est. Acta denicq; et
gesta p nos reperta hec affirmãt.
Nam licet maior difficultas for
tassis circa lepram aut epilensiaz
oriri possit an videlicet talia infer
re possent. eo q̃ hmõi tantũmo/
do ex diuturnis preuijs interiorꝫ
dispositõnibus ⁊ defectibus solẽt
oriri. nihilominus p maleficia in
terdum esse illata repertum est
Nam in dyocesi Basiliensi in cõ
finibus partium Lotharingie et
Alsatie cuz quidã honestus labo
rator quedam verba dura cõtra
rixosam quandam mulierem p/
tulisset. illa indignata minas ad/
iecit quod in breui se de eo vindi/
care vellet. Et ille licet minas pui
pendisset. eadez tamen nocte sibi
pustulã collo accreuisse sensit fri/
cando tamẽ paululum ⁊ tangẽs
totam faciem inflatam ⁊ tumefa
ctam cum collo p̃sensit intantuz
vt horribilis specie lepre etiam p
totum apparèret corpus qui nõ di
stulit sed quãtocitius amicis ⁊ cõ
sulibus accersitis rem gestam su/
per cõminatoria verba mulieris
narrauit. ⁊ q̃ sic mori ea fide ⁊ su/
spitõne vellet q̃ illa sibi arte ma/
gica eadem malefica intulisset
Quid plura mulier capitur que/
stionibus exponitur ⁊ crimen fa/
tetur. At iudex de modo ⁊ causa
diligentius inq̃rens. Respondit.
Cuz me verbis opprobriosis ho/
mo ille aggressus fuisset. ego ira
succensa cum ad domũ venissem
malignus spũs causam tristicie
mee inquirere cepit. cui cuz singu
la enarrassem ⁊ vt me vindicare
possem eidem insinuando insta/
rem. Ille inq̃siuit dicens Quid
ergo vis vt ei faciam. At ego re/
spondi. Vellem vt inflatam faci/
em semp retineret. ⁊ sic ille absces/
sit ⁊ illam infirmitatez vltra quã
petij homini intulit. ego eñ q̃ ta/
li lepra eum peuteret minime spe
rassem: vnde ⁊ incinerata fuit.
In dyocesi denicq; Constãtiensi i/
ter Brysiacum ⁊ Fryburg lepro/
sa quedam mulier multis referre
solet nisi debitum vniuerse carnis
iam ab annis duobus p̃soluerit.
quod simili de causa cõtrauersie q̃
inter ipaz ⁊ quandã aliam mulie
rem mota fuisset cum de nocte do
mum egressa ante ostium quid o
peris agere tentasset ventus qui/
dam calidus a domo alterꝰ mu
lieris que ex opposito domus sue
fuerat eius faciez repente insuffla
uit. vnde ⁊ subito in lepram quaz
gestebat se incidisse asseruit. In
dyocesi denicq; eadem ⁊ territorio
nigre silue malefica dum p licto/
rem sup struem lignorum pro in
cendio sibi parato a terra eleuare
tur dixit. Dabo tibi mercedem.
Et sic insufflando in eius vultuz
statim lepra horribili p totuz cor/
pus pcussus paucis expost supui
xit diebus. horrenda eius flagicia
breuitatis causa obmittũtur. sicut
⁊ alia quasi innũera super hec reci
tari possent Epilensiam nanq;
seu caducum morbũ certis insti/
gisse p oua cum mortuorꝫ corpo

Malẽ quedãte
pra inferit

ribus subtumulata pcipue ex ea/
rum secta ex inbumatis cuz alijs
earum cerimonijs que recitanda
non sunt vbi in potu vel cibo ali
cui prebuerūt sepius a nobis rep
tum est.

Super modum quo alias cō
similes infirmitates in speciali ho
minibus inferre solent.

Capitulum.xij.

Lias deni/

q̃z infirmitates inflixisse vt
cecitatem vel acutissimos dolo/
res ⁊ torsiones in corporib ho/
minuz quis enūerare potest Ta/
men ex his que oculis nostris p/
speximus ⁊ que vni ex inq̃sitoribz
innotuerūt aliqua in medium p/
ducamus. Eo in tēpore quo i op
pido ysbruck inquisitio sup male
ficas fieret. hic inter alios dedu/
ctus fuit casus. Nam honesta q̃/
dam psona ⁊ vni ex familiaribz
archiducis matrimonio copula/
ta in pnitia notarij ⁊c. fm formaz
iuris deposuit. q̃ cum tēpore sue
virginitatis cuidam ex ciuibus fa
mularetur. Accidit vt vxor illius
graui dolore capitis langueret
Pro cuius curatōne cum quedā
mulier accessissz ⁊ suis carminib
⁊ certis praxis mitigare dolorem
haberet Ego eius practicam vbi
diligenter obseruabam: pspexiq̃z
q̃ contra naturā aque fuse in scu/
tellam quandā ipsa aqua in ollā
aliam ascendisset cum alijs ceri/
monijs que recitare opus nō est
consideransq̃z q̃ ex illis dolor ca/
pitis in domina nō mitigaretur a
liqualiter indignata hec verba ad
maleficam protuli. Nescio quid
agitis: vos non facitis nisi supsti
tiosa ⁊ hoc propter comodū vrm
Tūc malefica statim subiū xit.
An sint superstitiosa vel non. ter
tia die tu senties quod rei proba/
uit euentus. Nam tercia die ma/
ne me sedente ⁊ fusum apprehen/
dente. tantus dolor subito corp⁹
meum inuasit. Primo in interio
ribus vt nō esset pars corporis in
qua nō punctōnes horribiles sen
tirem. Secūdo nō aliter mihi vi
debatur, nisi q̃ cōtinue igniti car/
bones capiti meo supfunderent.
Tertio in cute corporis a vertice
vsq̃z ad plantas pedis non fuisset
spacium ad punctuz acus vbi nō
fuisset pustula alba sanie repleta
Sicq̃z in his doloribus eiulando
⁊ tantūmodo mortem optando:
vsq̃z ad diem quartuz pstiti Tā/
dem maritus dñe mee vt stabu/
lum quoddā intrarem mihi inūi
xit. At ego paulatim incedēdo eo
pcedente dum ante ostium stabu
li eramus. Ecce inq̃t ad me: pecia
panni albi sup ostiuz stabuli. At
ego. Video bene. Tūc ille. Quā
tum potes remoue qz forte meli⁹
habebis. Tunc ego q̃tum potui
vno brachio me ad ostium tenen
te cū altero petia apprehēdi. Ap
rias inquit domin⁹ ⁊ ꝓsidera dili

Malē nunciata
l. fit

genter ibi reposita Tũc vbi peciã solui plura ibidem inclusa repe/ri precipue autem grana quedaz alba ad modum quo pustule ine rant corpori meo. semina quoqz ⁊ legumina quoz similia nec ede re poteram aut intueri cum ossi/bus serpentum ⁊ aliozũ anima/lium intuita sum. Et sic stupefa/cta dum inq̃rerem a domio quid nam agendum foret. vt in ignem cũcta proijcerem inuũxit. Proieci Et ecce subito nõ post hore spaci um aut quartale sed in momento vt in ignem res ille fuerant proie cte oẽm sanitatem pristinam re/cuperaui. Et quia plura contra vxorem illius cui famulabaꝫ fue runt deposita per que suspecta nõ tam leuiter q̃z ⁊ vehementer fuit habita ⁊ precipue propter mgnã familiaritatem cum maleficis ha bitam. Unde presumitur q̃ con/scia ꝺ maleficio reposito hoc viro indicauit. ⁊ deinceps modo p̃mis so publicatum sanitatem ancilla recupauit. Insuper aliud malefi/cium cuidam psone etiam mulie bri illatum in eodem oppido re/ferre in detestatõnem tanti crimi nis expedit. Mulier quedaz ma/ritata ⁊ honesta accessit ⁊ iuxta iu ris formam vt supra deposuit.

Mulier ignibz doloribz iferta

Retro domũ inquit habeo viri/darium est ⁊ illi ortus contiguus vicine mee. Uñ cũ quadã die trãs situm fieri ex orto vicine ad viri/darium meũ non absqz damno p speruissem stans in ostio viridarij ⁊ apud meipam conquerẽdo ⁊ q̃ rulando tam de transito q̃z ⁊ de damno. vicina subito supuenit. ⁊ an eam suspectam haberem inq̃si uit. At ego territa propter malaz eius famaz nil aliud nisi hec ver ba protuli. Bressius in gramini/bus damna demonstrant. Tũc illa indignata quia ab eius fortal sis beneplacitũ mee litigiosis ver bis cum ea implicare nolebã Ab scessit cum murmure. Et verba q̃ protulit licet audirem tamẽ intel ligere non potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mihi accidit cum doloribus ventris et acutissimis torsionibus a latere sinistro versus dextrum ⁊ viceũ/sa q̃si duo gladij aut cultri essent pectori infixi. Et sic die noctuqz clamoribus omnes vicinos alios inquietaui. Et confluentibꝫ hinc/inde pro consolatõe accidit vt lu/tifigulus prefatam vicinaz ⁊ ma leficam adulterino flagitio habẽs in amasiam simili modo visitatõ nis gratia accedens. ⁊ infirmita/ti mee compatiens post verba cõ solatoria abscessit. Sequenti ta/men die festine redijt. ⁊ inter alia consolatoria subiũxit. Experimẽ tum capiam an ex maleficio hec vobis infirmitas acciderit. quod si sic reptum fuerit sanitatem vo/bis recupabo. Accepto ergo plũ/bo liquefacto ⁊ me in lecto decũ/bente plũbum in scutellam aqua plenam supra corpus meũ appo/diando infudit. ⁊ vbi quedã ima go ⁊ figure diuersarum rerum ex plumbo congelato apparuissent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecce inquit ex maleficio hec vob
contigit infirmitas. Et sup limen
ostij domus vna pars instrumē/
torum maleficij continetur. Acce
damus ergo ⁊ illis amotis meli⁹
sentietis. Sicq; maritus meus cū
eo pariter ad tollendum malefici
um accedūt. Et lutifigulus limē
eleuās marito iniūxit vt manum
in foueam que apparuerat mitte/
ret ⁊ quecūq; inueniret extraheret
Quod ⁊ fecit. Nam primo ima/
ginem q̄ndam ceream in longitu
dine vnius palme vndiq; perfo/
ratam habentis duos acus ex ad
uerso p latera ad modum quo i/
psa punctōnes a sinistro latere vs
q; ad dextrum ⁊ ecōuerso psense/
rat extraxit. Demū pecias panni/
culorū diuersas. plurimas res tā
in granis q̄z in seminib⁹ ⁊ ossibus
continētes. sicq; illis in ignem p/
iectis ego q̄dem cōualui. sed non
ex toto. Nam licet torture ⁊ pun/
ctiones cessassent appetitusq; co/
medendi redijsset. ex integro ta/
men pristine sanitati vsq; in pñs
minime sum restituta. Et cum a/
pud lutifigulū importune instarē
Unde hoc q̄ pristina sanitas nō
rediret. Rñdit. Sūt ⁊ alia instra
alibi abscondita que inuenire nō
valeo. Et qualiter tūc prima in/
strumenta reposita agnouisset diū
inq̄rerem. Respondit. Ex amore
quo amicus amico reuelare solet
hec cognoui. Unde dum adulte/
ram procabat ⁊ mihi vicinam a/
gnoui. Ideo argumentū super eā
cepi suspitōnis. hec egrota recita/
bat. Sed quid si singula que in il
lo dumtaxat oppido reperta sunt
dum recitare vellem liber vtiq;
foret conficiendus. quanti eñ ce/
ci claudi aridi ⁊ diuersis irretiti in
firmitatib⁹ iuxta formaz iuris ex
vehementi suspitōne super malefi
cas eis hmōi infirmitates in ge/
nere vel in specie p̄dicētes. ⁊ q̄ ta
lia in breui sentire haberēt. vel ad
dies vite vel ad mortez statim p
cipiendam. Et quod p̄m eoz aui
samenta cuncta accidissent. vl' ad
specificatam infirmitatem. vl' ad
mortem alioz. quia eñ terra illa
vasallis ⁊ armigeris abundat et
ocia dant vicia vbi interduz mu/
lieres procabant dum illas pca/
tas abijcere ⁊ alias honestas ma
trimonio sibi copulare disposue/
runt. raro sine vindicta sup male
ficiuz inferendū aut viro aut vxo
ri dum se sprētas cernebant. tho/
rus ꝓiugalis perseuerabat. nō au
tem viris tantū q̄ntuz mulierib⁹
eo vt pie estiman potest illis inte
remptis aut arefactis priores a/
masias procare haberent. Nam
⁊ cocus q̄dam archiducis duz iu
uenculam honestam ⁊ alienige/
nam dutisset malefica eius ama
sia in publica via alijs honestis p
sonis audientibus iuuencule ma
leficium ⁊ mortem p̄dixit extensa
manu dicens. Non diu de tuo
marito gaudebis. Statimq; se/
quenti die lecto decubuit. ⁊ post
paucos dies debituz vniuerse car
nis persoluit in extremis conte/
stando. Et sic mozior quod illa

Male inuenerat
inuenit

suis maleficijs deo permittente: me interimit. ⁊ vtq; pro meliori deo sibi alias nuptias in celis disponente. Sic denq; q maleficia miles quidam vt publica fama testatur interemptus fuit. sic ⁊ alij plures quos recitare obmitto. Inter quos ⁊ domicellus quidam dum ad nutum amasie secũ pernoctare nolebat. ⁊ per famulũ suũ quod ea nocte secum certis negocijs ꝓpeditus pnoctare nõ posset ei indicasset. Illa indignata famulo inuenit. Dicas domicello Non diu me vexabit. sicq; ⁊ seqnti die infirmatus. post paucos dies sepultus. Sunt ⁊ tales maleficeque iudices solo aspectu ⁊ oculorum intuitu maleficare sciunt. quod etiam nullam molestiã eis inferre publice se iactantes. sed vt quibuscũq; pro crimialibus causis detentis ⁊ grauissimis tormẽtis pro dicenda veritate expositis taciturnitatem inferre sciũt q̃ nũq̃ eorum facinora detegere poterunt. Sunt ⁊ que imaginem crucifixi flagellis ⁊ cultris impingendo ob maleficia perpetranda cũ turpissimis verbis contra gloriosissime virginis Marie puritatẽ ⁊ nostri saluatoris ex eius intemerato vtero natiuitatem dehonestauerũt verba illa ⁊ singulos actus recitare nõ expedit cũ nimis sint piorum aurium offensiua. in scriptis tamen redacta ⁊ reposita sunt prout baptizata quedam iudea ⁊ alias inuiculas induxerat. quarum vna walpurgis nomie. eodem anno in extremis posita: dum a circũstantibus ad confessionem peccaminũ hortaretur exclamauit. Corpus ⁊ animã tradidi dyabolo nec spes mihi adest venie: ⁊ sic defuncta. Singula hec nõ ad ignominiã. sed ad laudes ⁊ gloriam illustrissimi archyducis conscripta sunt cum reuera vti catholicus princeps ⁊ ꝓcipuus fidei zelator in exterminium earũ cum assistentia reuerendissimi ordinarij Brixieñ. nõ mediocriter laborauit. Recitata autem potius in detestatõnem ⁊ odium tantorum criminũ. vt que iniurias hominũ vlcisci non desistũt. quomõ iniurias creatoris ⁊ fidei cõtumelias etiam nõ habẽdo ad tẽporalia damna respectum sufferre possunt. omniũ enim eorum hoc precipuũ fundamentum fidei videlicet abnegatio extitit.

Supermodum quo obstetrices maleficemaiora damna inferunt dum infantes aut interimũt aut demonibus execrando offerunt.

Capitulum. xiij.

Ec pretere

undũ est de nocumentis a maleficis obstetricibus puerperis illatis. Et primo quõ interimũt. Secundo quomodo demonibus offerendo execrãt. In dyocesi nãq; Argentinensi ⁊ oppido zabernio mulier quedam honesta. ac be

Male mulierē lesit

atissime virgini Marie plurimū
deuota hunc casum referre sibi ac
cidisse singulis eius hospiciis qd
publice tenet. nigram habens ad
lam pro intersigno frequentanti/
bus cōmemorat. A viro inquit
legitimo sed iam defuncto impre
gnata. Ubi dies pariendi appro/
pinquarent. Mulier quedam ob
stetrix vt ipam ad obstetricandū
puerum acceptaret importune in
stabat. At ego conscia de eius in/
famia licet aliam mihi assumere
decreuissem. Verbis tamē pacifi
cis quasi suis ānuere vellem peti/
tionibus me simulabam. Adue/
niente autem tempore partus cū
aliam obstetricem conduxissem.
Illa prior indignata quadam no
cte cameram meam euolutis vix
octo diebus cuz duabus alīs mu
lieribus ingreditur. Et lecto ap/
propinquantes in quo iacebam.
Cum maritum meum qui in alte
ra dormiebat camera vocare vo
luissem singulis membris z lin/
gua ita remansi viribus destituta
quod dempto visu cū auditu nec
pedicam mouere potuissem In
medio ergo illarum duarū stans
malefica: hec verba protulit. Ec/
ce hec pessima mulierum quia in
obstetricem me recipere noluit ī/
pune non transibit. Et cum alie
due a latere stantes pro ea supli
carent dicentes tamen nunqz ali/
cui ex nostris nocuit. Malefica
subiunxit. Hanc mihi quia displi
centiam fecit suis intestinis aliq
immittere volo. Sic tamē q in/
fra dimiduū annum nullos pro/
pter vos dolores sentiet. sed illo
euoluto satis cruciabitur. Acces/
sit ergo z ventrem cum manu te/
tigit. Mihiqz videbatur quasi in
testinis extractis certas res quas
tamen videre nō potui intromit/
teret. Illis ergo abeūtibus cuz vi
res ad clamanduz recuperassem
maritum quātotius vocaui z rez
gestam denudaui. Cum autem il
le causaz puerperio assignare vel
let dicens. Vos puerpere pluri/
mis illusionib z fantasīs labora
tis. nec quoq modo dictis meis
fidem adhibere volebat. adiunxi.
Ecce spacium pro anno dimidio
mihi donauit. quo elapso. si nul/
li cruciatus supuenient dictis tu
is fidem adhibebo. Cōsimilia de/
niqz verba filio clerico qui z p tūc
archydiaconus ruralis erat pro/
tulit cum z ipe visitatōnis gratia
illo die eam frequentasset. Quid
plura sex mensibus ad punctum
euolutis internorū viscerum tor/
tura subito ipam tam dire inuasit
vt nec diebus nec noctibus a cla
moribus omīes inquietando ab/
stinere potuisset. Et quia vt pmis
sum est deuotissima virgini z re/
gine misericordie extitit. in pane z
aqua singulis sabbatinis diebus
ieiunando. Ideo z p ipius suffra/
gia credidit se liberari. Unde et q
dam die vbi opus nature pficere
volebat: tūc omīs illa īmūdicia e
corpe prupit. Et aduocās maritū

q iij

cum filio dñit Sunt ne res iste
fantastice. Nõne dixi post dimi/
dij anni spacium veritas cogno/
scetur Aut quis vidit vnq̃ spinas
ossa simul etiam ligna me come/
disse. Erant eñ spine rosarũ in lõ
gitudine vnius palme cum alijs
varijs innũero rebus immisse.
Insup vt in prima parte operis
ex illius famule reducte ad peni/
tentiam in Brisiaco confessione
patuit maiora damna fidei circa
hanc heresim maleficarux ab ob
stetricibus inferũtur quod etiam
quarũdam confessio que ⁊ post/
modum incinerate fuerunt luce
clarius demonstrauit. Nam in
dyocesi basyliensi ⁊ oppido dann.
q̃dã icinerata fassa fuerat vltra .xl
pueros necasse p modum talem
vt quando ex vtero egrediebanť.
acum capitibꝰ eorum p verticem
vsq̃ in cerebrum infixit. Altera
denicq̃ in dyocesi Argentinensi.
pueros absq̃ numero puta quia
de numero non cõstabat se intere
misse fassa fuerat. Taliter autem
deprehensa Nam vbi ex vno op
